Qui eripuit nos de poteſtate tenebraꝝ.⌋ Neq; em̃ ſolũ magni id eſt faciẽdũ, q̃d cœleſti nos donauit imperio: ſed etiã q̃a in tenebris antea diuerſantibus, claritatẽ ingeſſit. Nõ em̃ æquũ id bñficiũ fuerit, q̃d indifferẽter in indignos, pariter & dignos cõfert, ut idẽ ad Romanos in epiſtola differit, inquiẽs: Vix em̃ pro iuſto q̃s mortẽ ſubiret. Itaq; q ſub tenebraꝝ ſunt poteſtate, hoc eſt, q diaboli circũuentionibus & tyrãnide ſubijciunt. Nec tenebras ſimpliciter dixit, ſed tenebraꝝ ſub poteſtate. Quippe cũ dæmon uobis dominaret, & ſui iuris feciſſet. Eſt em̃ graue exiſtimãdũ illi ſubeſſe, nedũ eius poteſtati addici, q̃d ſane grauius eſt. Nec ꝓterea eduxit intulit, ſed eripuit: oſtendẽs ſeruoꝝ in morẽ, in erumnis nos antea & calamitate fuiſſe.

*Roma.v.*

Et trãſtulit in regnũ filij dilectiõis ſuæ.⌋ Præſtãs ſane id fuit, q̃d nos exemit e tenebris. Illud tñ ꝓſtãtius, q̃d in regnũ induxit: Nec fruſtra inuexit, ſed ut cũ filio ſuæ dilectiõis, hoc ẽ, cum ſuo dilecto, cœleſti ĩperio potiremur, q ſibi antea eſſem⁹ infenſi, & in tenebris uerſabamur, q̃d' itẽ & alibi dicit. Si ſuſtinemus, & ſimul regnabimus. Nec tranſpoſuit inquit, ſed tranſtulit: ut nõ id omne transferri adſcribat, ſed arguat nos etiã ad eam rem contuliſſe. Oſtendit præterea cum tranſtulit inquit, diuinæ potentiæ ad omne opus facilitatẽ: quæ ita nos transferat, quemadmodũ ſolent milites ſuos præfecti de loco ad locum ductare.

*1. Coꝛ.1. Roma.8.*

In q̃ habemus redẽptionẽ per ſanguinẽ ipſius & remiſſionẽ peccatoꝝ.⌋ Si em̃ nec redẽpti eſſemus, nec remiſſa nobis praua fuiſſent facinora: haud quaq̃ tranſlati ad cœleſte imperiũ fuiſſemus. Chr̃s ergo præuius fuit, ut tãto hoc munere à patre nos donaremur. Nec quidẽ ſolutionẽ dixit, ſed redemptionẽ, hoc eſt, perfecte nos ipſe redemit, ita ut nec relapſuri amplius ſimus, nec mortẽ tanq̃ delicto obnoxij ſubituri. Cũ itaq; uos filius ipſe redemerit, & ad patrẽ deduxerit: cur angelos ipſos aſtruitis id muneris fungi? non aũt cũ, in quo, dicit, de filio dicere.

*Redemptio plus q̃ ſolutio.*

Qui eſt imago dei inuiſibilis.⌋ Et naturæ ipſius reuerẽtiã & dignitatis q̃ filio inſit, magnitudinẽ exponit hõc loco, imago ingens dei eſt. Si dei imago, ergo a p̃re nil immutatus ẽ filius, uel imagine ip̃a alienus effectus. Neq; em̃ paternæ habes ꝓceritatis mẽſurã, ut afferre queas quãto ſit interuallo filius patre minor effectus, Nã ſi eſſet dei imago hũanæ mẽſuræ, quã pro corporũ anguſtia uel amplitudine ipſa metimur, liceret forſitan tibi dicere, formatã effectãq; imaginem ad priorẽ aliquã formã nihil attingere. Sed cũ imago hæc, ut deus ſit & dei ut filius: ꝑſimilis erit ei q̃ in deo eſt & patre effigies. Et inuiſibilis, ideo ſcilicet, q̃a uideri nõ p̃t. Apud nos aũt, q̃a hoĩm arte (q̃ fallit) ſæpe effingant imagines: habere nequeũt cõformitatẽ, ut ꝑſimiles ſint. In deũ uero nihil iſtiuſmodi cadit, eoq; certior eſt filio & uera cũ patre ſimilitudo. Quod ſi nequaq̃ eẽt patri ꝑſimilis filius: q̃d impedit, q̃ minus nec angeli ipſi uerã dei imaginẽ ꝓferãt? Sũt nãq; & hi inuiſibiles, haud tñ dei eẽ imaginẽ adſtruunt: quinetiã ſacraꝝ literaꝝ ſubtilis & ꝑſpicax cõtẽplatio. Hominẽ q̃dẽ imaginẽ dei appellat & filiũ dicit: angelos uero nequaq̃. Quia angelicæ naturæ celſitudo, celerrime ad impietatẽ auditores ĩpelleret, exiſtimãtes cũ deo parẽ angelum dignitate: In hoĩe uero uilitas ip̃ſa, & humilitatis ꝓſumpta opinio, certiores nos facit, ut nihil hmõi ſuſpicemur. Intellige igit ex his filiũ dei eſſe imaginẽ & inuiſibilẽ. Cũ itaq; cõſtet imaginẽ eſſe: ab angelis ipſis ſecernitur, q etſi inuiſibiles, nõ tamẽ imagines eſſe dicunt: Quod aũt inuiſibilis, a mortalibus ipſis ſeiungitur, q etſi imagines ſint, nõ tñ uideri nõ poſſunt. Reſtat ergo, ut ſolus filius imago ſit dei & illi perſimilis. Quod ſi adhuc inſteterint Arriani, aſſerãtq; minus eſſe imaginẽ priori formæ ſubſtãtia parẽ: audiant ſcripturã dicentẽ, Seth Adæ præfert imaginem, ſi Adæ imago Seth, ergo & illi cõſubſtãtialis habebitur. Perſpicuũ itaq; ẽ, q̃ hoĩm ſunt artificio cõfictæ imagines, abſimiles eſſe ſubſtãtia. Quæ uero natura, oĩno eſſe cõformes ſubſtantia & æquales.

*Hominẽ imaginem dei appellat.*

*Gene.1.*

*Gene.v. Seth Adæ ꝓfert imaginem.*

Primogenitus oĩs creaturæ.⌋ Cũ filiũ dixiſſet inuiſibilis ꝓferre imaginẽ, mox oĩs & creaturæ ſubiecit. Huc prodeũt Arrianoꝝ molitiones. Cũ em̃ inquit, anteq̃ cætera crearent, filius dicitur generatus. Primus ergo creatoꝝ oĩm filius. Nõ em̃ qui prior eſt cõditus, ſed primogenitus dixit, niſi forte huic uel germanos attuleris, ut ranas, & lapides, & hmõi alia, feceriſq; hũc eadẽ cũ cæteris uel abiectioribus cõſtare ſubſtantia. Nã qui primo eſt genitus, æquam erat cũ his ſortitus ſubſtantiã, q̃s genitura præceſſerit, q̃ blaſphemia in ueſtra uelim recidat capita. Eſt plane impiũ iſtiuſmodi aliquid de incõparabili illa creatoris maieſtate cogitare, ne dicam aſſerere. Vel aliter. Nõ em̃ in ſacris literis primogenitus dr̃, q alios habeat poſt ſe generatos, ſed ſimpliciter q prior eſt ortus. Sic em̃ & dei parẽs Maria uirgo ſecundũ carnẽ hũc peperit primũ, q nullos haberet poſt ſe germanos, ex utero uirginali productos, & hũc in modũ primogenitus ẽ appellatus. Sic etiã & ex patre primogenitus nõ alioꝝ reſpectu q̃ cõdita ſunt, ut hæretici ſentiũt: ſed abſolute ſecũdũ ſupernã illã creationẽ, patris eſt primogenitus. Quid igitur ſibi uult Paulus? Nimirũ ut Coloſſenſiũ cõfutet & refellat opinionẽ: ut nõ exiſtimẽt unigenitũ angelis eſſe recẽtius procreatũ. Tametſi maiores illi & ueteres patres, ꝑ hos ad deũ deducerent, cũ in præſenti filio ſit id officij demandatũ. Vult aũt illud Paulus demonſtrare: anteq̃ aliq̃d crearet, filiũ eſſe. Eſſe autẽ, q̃a genitus. Ergo & augelis prior, & ita ut eos creauerit. Fit itaq; ut q̃d antea angeloꝝ fuerat in ueteri teſtamẽto miniſteriũ: nũc filij ſit. Aduerte apoſtoli prudentiã, ne filiũ audiẽs quiſpiam ante oĩa creata cõſtare, exiſtimet eundẽ carere principio, edocet & patrẽ habere, & ab eo eẽ progenitmu

*Inpingunt hic Arriani.*

*Primogenitus quis dicitur.*

*Lucæ.2.*

*Quomõ Paulus opiniones Coloſſenſiũ refutet.*



genitum. Quandoquidem cũ ipſe, tum reliqua conſtet à deo prodiſſe. Alioqui hunc patefacit à cæteris longe differre, ſiquidem à patre hic ortum ducat, ut filius: Illa uero tanq̃ creata per eundem ſint filium condita, quod clarius in ſequentibus aperit.

Quoniam in ipſo condita ſunt uniuerſa, in cœlis & in terra.⌋ In ipſo, hoc eſt, per ipſum, ut idẽ deinceps monſtrabit. Atqui q̃d ambiguũ erat, q̃d cœleſtia ſcilicet cõdidiſſet, plus expreſſit. Si itaq; angeli ꝑ ipſum ſunt conditi, quo ergo pacto priores hi erunt?

Viſibilia & inuiſibilia, ſiue troni, ſiue dominatiões, ſiue principatus, ſiue poteſtates.⌋ Omiſſa accuratiori de uiſibilibus diſputatione, utpote de quibus nil ſit ambigendũ: de inuiſibilibus ipſis de q̃bus dubitatio poteſt animũ plerunq; ſubire, particulatim nũc differit. Neq; em̃ & alia cœlorũ ornamenta ſigillatim expoſuit, quando à præſtantioribus minora protendat. Inuiſibilia ſiq̃dem dici & angeli ipſi, & archangeli poſſunt, & immortales hominum animi. Quo fit, ut per angelos & reliquos cœli ornatus deſignet.

Omnia ꝑ ipſum & in ipſo creata ſunt.⌋ Ecce q̃d ſuperius in ipſo dixerat, nũc dicit ꝑ ipſum. Quẽadmodũ & Iohannes Euãgeliſta (Oĩa ꝑ ip̃m facta ſunt) dixit: Oĩa uero cũ inq̃t, nequaq̃ eſt & ſp̃m ſanctũ cõplexus. Neq; em̃ eſt ex oĩbus unus, ſed abſolute unus eſt ſp̃us: ſicuti & unus eſt deus, & dñs unus. Quæcũq; igit facta ſunt, ꝑ ip̃m ſunt cõdita. Proinde ne hũc miniſtrũ forte aliquẽ putes, & in ip̃m inquit: hoc eſt, in * eũ pendent uniuerſa. Nec ſolũ hæc ipſe creauit, ſed eadẽ hæc cõtinet, & ita ut ſi ab eius hæc prouidentia abducant, pereant protinus neceſſe ſit.

*Verba Iohannis Euangeliſtæ cap.1.*

*Alias, eo pendent.*

Et ipſe eſt ante oẽs, & oĩa in ipſo cõſtant.⌋ Eadẽ ſæpe uerſat & repetit, ut uerboꝝ frequẽtia, tanq̃ crebris adactis uulneribus: radicitus exitiale dogma illud extirpet. Aduerte ut nõ ante oĩa factus eſt dixerit, ſed eſt ante omnia. Quod deo præcipue cõuenit. Vbinam gentiũ eſt Paulus ille Samoſateus, qui aſſerit a Maria Chriſtũ duxiſſe principiũ & in ſe tamen ipſo, & tanq̃ in aliquo fundamẽto cõſtare, eſſeq; hoc pacto creatis cæteris primogeuitũ? Cũ apoſtolus nequaq̃ primogenitũ hũc cõſubſtantialẽ creatis eſſe affirmet, ſed uniuerſa in eo deferri, uerſariq;.

*Paulus Samoſateus.*

Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ.⌋ Cũ de dei filij dignitate dixiſſet, de eius benignitate & charitate nũc meminit: Q̃nquidẽ cũ adeo cũctis ꝓſtaret, q creauit & condidit uniuerſa, terrenis tñ ſe & humilibus hiſce cõiunxit. Neq; eccleſiæ cõplementũ dixit, ſed corpus: ut ſummam eius quã nobiſcũ habeat coniunctionẽ, demonſtret: utq; & carnẽ eiuſdẽ, qua & noſtra conſtat, ſubſtantiæ cœperit, non e cœlo. Eccleſiam aũt pro uniuerſo fideliũ conuentu hic capit, perinde ac ſi dicat, Vel in ipſo ſecundũ carnẽ ortu, ante omnes, tanq̃ caput eſt genitus.

*Eccleſia quid.*

Qui eſt principiũ, primogenitus ex mortuis.⌋ Principiũ, inq̃t, reſurrectionis eſt ille, q̃a primus omniũ reſurrexit Et quia dolores mortis diſſoluit, merito primogenitus dicitur. Habet nanq;, q̃a primitias præfert, q ſe ſubſequantur. Eſt em̃ neceſſe eũ qui primitias præferat, nõnulloꝝ habere primatũ. Vtq; pro uno manipulo aliquo pro primitijs debito, meſſi uel reliquæ benedicentur: ſic ipſi per eũ ad unũ omnes ſanctitatẽ ſumus adepti, & corpore uno dñi reſurgente, natura omnis humana ut a mortuis excitaretur dignata eſt.

Vt ſit in oĩbus ipſe primatũ tenens.⌋ In omĩbus q̃ circa eũ nos cõtemplamur. Nã ante omnia a patre eſt genitus, & primus eſt omniũ, ut eccleſiæ caput: ſurrexitq; quàm cæteri prior, quia tanq̃ his qui primitiæ ſint, immortalitatẽ donauit. Nã & ſi nõnullos dixeris ante hunc a mortuis excitatos, quos ipſemet excitabat: iterato tñ mortui ſunt. Hic uero ita ab inferis reſurrexit, ut nil ultra ſit mortẽ perpeſſus. Attende aũt quẽadmodũ hoc loco dictus eſt primogenitus, tanq̃ mortuoꝝ primitiæ fuerit. Nã regeneratio eadẽ eſt, ibi nãq; nõ præfert creationis primitias, & ſi primogenitus ſit. Nõ em̃ eſt eſſentiæ modus, is quippe genitus eſt, illa uero creata.

*Chriſtus ante omnia genitus*

Quia in ipſo cõplacuit omnẽ plenitudinẽ inhabitare.⌋ Plenitudinẽ diuinitatis uidelicet, quã filius ſcilicet præferebat. Et uerbũ placuit ibi inhabitare: nõ operatõe & actu, ſed ſubſtãtia. Nec ullam habet aliã q̃ afferat rei huiuſce rationẽ & cauſam, præter dei beneplacitũ & uoluntatem.

Et per eũ reconciliari oĩa in ipſo.⌋ Per eũ, hoc eſt, ipſe ſuapte opera hanc nobis peperit ſalutẽ. Veꝝ ne forte exiſtimes miniſtrũ hunc cœpiſſe conditionẽ: in ipſo inquit, hoc eſt, ipſemet hoĩes ſibi conciliauit. Et alibi idipſum cõmeminit, cũ diceret: Erunt ergo hoc pacto quæ patris ſunt cõmunia filio. Neq; conciliari dixit, ſed reconciliari: hoc eſt, debitũ reddere quod antea debebatur. Vel quia adeo eſſet eiuſmodi abſoluta reconciliatio, ut nullæ eſſent in poſteꝝ humano generi cũ eo inimicitiæ. Nec quidẽ ſolũ recõciliatio eſt perſoluta, quin & reconciliationis modus eſt redditus: hoc eſt, ad id filij occiſio maxime ualuit.

*2. Coꝛ.v. Ephe.2.*

Pacificãs ꝑ ſanguinẽ crucis eius.⌋ Per recõciliationẽ q̃dẽ inimicitias præfert, ꝑ pacẽ autẽ bellũ. Nos em̃ deo & hoſtes eramus, & præliũ aduerſum ſe ꝑ nos gerebat. Magna q̃dẽ recõciliationis eſt uis: maius tñ ꝑ ipſum & eius ſanguinẽ. Per crucẽ inſup fide mortis cũ patre in gratiam hoĩes rediſſe. Neq; em̃ oratoꝝ more in nobis conciliãdis uerbis ẽ uſus, q̃n ipſum ſe tradidit. Neq; crucẽ dũtaxat dixit, ſed eius adiecit, ne patibulũ quoduis exiſtimes aliq̃d per ſe uiriũ nactum. Nõ em̃ id ſalutem parauit, ſed eius patibulũ, id eſt mors, in quo ipſe pependerit.

Siue q̃ in terris, ſiue q̃ in cœlis ſunt.⌋ Quæ in terris ſunt merito poſſunt dici cõciliata. quã-

Quæ concilia‑ta dicantur.

doquidē ſinguli ſecū ipſi hoīes diſſentirēt,& alios impugnarēt,& uitę ipſi angelicę aduerſarent. Cœleſtia uero q̄ pacto? Erat nimirū ingēs inter terrā & cœlū diſſidiū, & angeli aduerſus hoīes depugnabant, quippe qui eorū dominū ſpectaſſent iniurijs, & cōtumelijs affectū, & morte demū. Eo q̊d ad inferendos hominibus cruciatus dimittebant,ut Sodomitis cōſtat hos contuliſſe & Dauid in gemitus ualle Iudæis. Filius itaq;,hoīe in cœlo ſublato, qui ſe ut hoſtis antea oppugnaſſet, angelo iuſſit in terris apparere, fidelibus ſingulis incinētes, ut ſe ſequerētur. Videt aūt & Paulū i cœlū eo fuiſſe arreptū,ut pſpicuū eēt,& hoīes in cęlo uerſari,q̊ & filius fuerat aſſumptus. Bifariam itaq; ſunt res iſte terreſtres pacatæ, & qa cū cœleſtibus pace utant, & qa ſecū metipſe in gratiā rediere. In cœlis uero ſimplex quędā eſt pacatio facta, angelis recta ſuadētibus pro tātorū hoīm cōparata ſalute, mira iocunditate affectis. Quo ergo pacto aſſeritis per angelos ad patrem traduci mortales,qui tantum ab hoc officio abfuere,ut nobis ſint aduerſati? Et ni oppugnarint,& ni Ieſus nobis ſibi conciliaſſet,nil pace hac frueremur.

Gene.18.19. 2.Reg.14. 1.Para.21. 2.Cor.12

Paulus in cœ‑lum arreptus.

Et uos cū eſſetis aliqn̄ alienati,& inimici ſenſu in opibus malis.⌋ Dixerat ſupra ſub tn̄brarū nos poteſtate fuiſſe:nūc uero ſenſu aſſerit inimicos. Non tn̄ id ut itidem exprimat, ſed ne putes neceſſe ſic fore,ut q in tenebris uerſabamur,uel deo eſſe infenſos,& ſenſu adiūxit:ut arguat plane,& ſi immeritos,recōciliatiōe tn̄ nos hac fuiſſe dignatos. Qui em̄ nō ultro malis afficit,miſericordiā ꝓmeret. Qui uero ſponte in medijs ſe malis ingeſſerit, odio erit & maleuolētia dignus. Nos itaq; inqt,neq̄q̄ ille inuitos aut cōpulſos,ſed uolūtarios & ultro ab ſe abeūtes habet:arguēs inimicitiā hmōi omnē,nō a cœleſtibus,ſed a nobis ipſis ſumpſiſſe initiū. Erat nāq; uel nobis nolentibus ad id qdē ꝓcliuior dei & angelorū uolūtas. Propterea nō infenſos ſimpliciter dixit, ſed alienatos,hoc eſt neq; ad pœnitētiā reditū operiētes. Quippe q hoſtes ſenſu, hoc ē uolūtate eratis. Neq; huc uſq; prouectū eſt malū,qn & in opibus malis,id eſt,re ipſa & factis inimicitias exercebatis. Ex his itaq; oībus arguit,nec angelos qdē quiuiſſe q̄ recta ſunt nobis pſuadere,neque à diaboli eximere poteſtate: Tū qa & hoſtes eramus,& q nos cōprehēſos tenebat,nōdū eēt reuinctus. Sed Chr̄s præualidū aduerſariū illū cōſtrinxit & ab eo ut deficeremus enixius perſuaſit.

Nunc aūt reconciliauit in corpore carnis eius per mortē.⌋ Rurſum recōciliationis modum inducit,q̄ eius in corpore ſit effecta. Quomō? Nū quia flagellatus dūtaxat ſit aut manu & alapa faciem ictus? Minime. Sed quia morte affectus turpiſſima ſit.

Exhibere uos ſanctos & humiliatos & irreprehēſibiles corā ſe.⌋ Aliud rurſum beneficij genus exponit,cui⁹ & ſupius meminit,cū dixit. Qui ſufficiētes uos fecit, idipm̄ nūc repetit inquiēs Nō ei uos ſolū à pc̄tis exemit,qn & ſanctitate donauit. Nec mediocri,ſed q̄ aſtare corā ſe poſſit, effecitq; ut ſine labe ſitis,& culpa uacetis. Et ita,ut qđ geri iā per uos queat,nihil ſit reliquum.

Si tn̄ pmanetis in fide.⌋ Cū omne q̊d filij eſt officiū explicaſſet, utpote q per mortem hæc oīa confeciſſet:ne forte ſic inquiāt,Ergo nihil nobis erit elaborandū: Quinimo, inquit, neceſſe eſt,ut in fide ſitis cōſtantiores, ne reddamini ſegniores & in priora facinora relabamini.

Fundati & ſtabiles & immobiles a ſpe euangelij.⌋ Quoniā poteſt & in fide pſiſti, labando tn̄ plerunq;,nec moderati quicq̄ nec penſi haberi:fundati adiecit,& ſtabiles:hoc eſt, haud quaq̄ nutātes. Nec id mō,qn & immobiles. Nihil ait,qđ graue ſit a uobis depoſco,niſi ut nemo uos a Chr̄o ſeiūgat. In eo nāq; ſpes oīs euāgelij ſita ē,& cūctis erit in ipſo ſperādū,q euāgeliū excepere,ut q uniuerſa pacauerit. Quo ſit,ut q angelis ipſis cōciliationē hāc forte adſcripſerit: a Chr̄o dimotus ſit neceſſe eſt. Enimuero fieri nō p̄t,quin a uirtute uel deſciſcatur,in fide autē poteſt aliquis nō immutari. Ita q; neq; quod graue toleratu ſit exigit.

Chriſtus ſo‑lus conciliator hominum.

Quod audiſtis,qđ prædicatū eſt in uniuerſa creatura q̄ ſub cœlo eſt.⌋ Hos ipſos in teſtes pducit,deinceps orbē terrarū uniuerſum. Neq; quod p̄dicabat dixit,ſed quod p̄dicatū eſt,hoc eſt quod creditū eſt & acceptū. Ignominia itaq; cū & uos ipſos tū & alios homines mox affeceritis: ſi aliter q̄ prædicatum ſit,creditis.

Cuius factus ſum ego Paulus miniſter.⌋ Vel id plurimū cōfert,ut digna euāgelio fides adhibeat, cuius p̄coniū ſuſceperat Paulus. Erat nāq; eius adeo nomē q̊q; diffuſum & celebre, ut fama orbē peruaderet. Miniſtrū aūt cū ſe euāgelij uocat,magis eos ut pareāt,cogit. Neq; em̄ quę mea ſunt p̄dico inqt,ſed alteri ſubminiſtro,deo.ſ. Quo circa & uos dictis meis fidem præbete.

Paulus euan‑gelij miniſter.

Qui nunc gaudeo in paſſionibus meis pro uobis.⌋ Videtur id dictū minus ſuperiorib⁹ reſpondere,cū maxime congruat. Cū em̄ dixiſſet euangelij ſe miniſtrū effectū,a quo ne ille exciderent precaret:oſtendit uerax adeo illud eſſe & certius, ut pro eo pati ſe fateat, ſic inquiēs. Non ſolum patior,ſed etiam lætor perpetiendo. Quæ aūt patior,ueſtri etiā cauſa tolero:ut per tolerantiam uobis huiuſmodi queam prodeſſe.

Et adimpleo ea q̄ deſint paſſionū Chriſti,in carne mea.⌋ Inſolētibus uident & deſperantibus hæc dicta, alioqui ingēti ſunt in Chriſtū charitate referta. Vult em̄ Coloſſenſibus pſuadere, adhuc pro ipſis filiū pati,tanq̄ id inquiat. Non em̄ p noſipſos apoſtolos,ſed p filiū ad deū uos deducemini,tāetſi nr̄o uideat fieri hoc interuētu. Quo circa q̊d nā facin⁹ p uos atrox admittitur,ut ab eo deficiatis:q uel eius poſt obitū,diē ueſtri ab grām patiamur? Qđ aūt dicit tale ē. Si em̄ eēt

puo‑



pro uobis Chriſtus pœnas luere obligatus, abiretq; nō debitum redditurus:ipſe ego id om̄e pſoluerem. Nec ſecus ſe hic habet apoſtolus,q̄ faceret miles quiſpiā pfecti loco relictus, longius & peregre ꝓficiſcētis. Qui inſtātibus inimicis,uicē abſentis gerēs,creditā ſibi phalāgē pugnādo acrius & tuēdo,& principis locū ſeruet,& uulnera principi debita,ipſe ultro excipiat. Ideo autē q̄ deſunt dixit,ut arguat tantā Chr̄i fuiſſe in nos charitatē,ut nec debitū om̄e pſōluiſſe ſe credat. Et tanq̄ nec ſatis ſint q̄ antea tulerit,ſed poſt mortē etiā nr̄i gr̄a patiat. Et in meo corpe,hoc eſt in mei corpis paſſiōe. Neq; em̄ morte dūtaxat ſua cōtentus,quin & infinitis nitit modis,ut facere ſatis nobis ꝓ eius deſiderio queat. Nequaq̄ igit hæc,ſe ut efferat Paulus,dicit:ſed Chr̄m ut arguat adhuc Coloſſenſibus ipſis ꝓſpicere,& cæteris ſimul, q eius fidem exceperint.

Chriſti in nos charitas

Pro corpe eius q̊d eſt eccleſia.⌋ Cū diceret,& ſi ipſe patior,Chr̄i tn̄ hmōi,nō meæ ſunt paſſiones,ſuis dictis auget fidē,aitq;,pro corpe eius hæc ſiūt. Nō itaq; iactātis eē ſermonē hūc ducite,ſed eius q nihil adſciſcere ſibi & copulare eccleſiā dedignetur. Credite igitur adhuc illum in mea hac carne pro eccleſia pati. Qđ ſi Chr̄i corpus eccleſia præ ſe fert,& illi eſt procul dubio iuncta:cur angelos in mediū ipſi producitis,& unitatē hmōi interciditis?

Cuius ſum factus ego miniſter.⌋ Oſtēdit hic ſe,& ſi hmōi miniſterio fungitur, nil tn̄ ex ſe cōfeciſſe. Quod ſi ipſe inquit miniſter ſum cur angelos inducitis?

Scđm diſpenſationē dei,quæ data eſt mihi in uobis, ut impleā uerbū dei.⌋ Diſpenſationē dei uel ideo dicit. Quia poſt eius aſſumptionē nos ad euangeliū prædicandū reliquit:ne uos abs ſe derelicti,in deſperationē aliquā ueniretis. Vel illud infert,uidelicet. Propterea ille oīm maxime ut eccleſiā ante hac inſectarer pmiſit:ut poſtmodū fides p̄dicanti mihi maior adhiberetur. Vel quia nō opa ipſe aut uirtutes quæſiuit,ſed fidē dūtaxat & baptiſmū:q̊d ſane ſumma quædā eſt diſpenſatio. Nam qs unq̄ fuiſſet ſalutē adeptus,ſi opa ipſe depoſcerētur? Vel dei diſpenſationem dicit ſimpliciter (q̄ in eos fuerit ſibi q ex gētibus eſſent) grām dei & ſufficiētiā,qbus donaſſet ſe deus,ut gētes illuminaret. Nam obtenebratis uel inſenſatis,uel pertinacibus ipſis, ſuadere ut uerū dogma admitterēt,haud ſane Pauli uiriū erat,ſed diſpenſatiōis diuinæ. Quēadmodū em̄ in ſe paſſiōes Chriſti eē oñdit,ſic dei affirmat officiū eē,ut in his impleat q̊d p ſe prædicatur. Cū uero implere dicit,arguit aliqd illis deeſſe. Intelliges aūt hoc loco p dei diſpenſationē, miniſteriū ipm̄ ſignificari, cuius.ſ. inquit capaces eſtis effecti. Deus nanq; cū uniuerſa diſpenſatione quadā efficiat,uel id p̄cipue p diſpenſationē effecit,ut in pn̄ti potius miniſteriū pāderetur, cum futurū eēt ut illud exciperēt hoīes. Nugaces itaq; hi deprehēdūtur & uani, q ideo uidētur offendi,quia in poſtremis tpibus Chriſtus filius aſſeratur nos oblaturus.

Acto.9 Gala.1

Per dei diſpen ſationē miniſte rium dei ſignifi cari.

Myſteriū q̊d abſconditū fuit à ſeculis & generationibus.⌋ Differens quibus ſimus ipſi bonis dignati, aliud quiddā maius oſtendit,q̊d neq; ex priori ſeculo quiſpiā,q nos ætate multa præcedat,hæc ipſa didicerit. Et myſterium dicit, quod nulli eſſet niſi deo præcognitum. Nec ſimpliciter occultatum,ſed abſconditum dixit,ut quod in dei arcanis reconderetur. A ſeculis autem, hoc eſt,abuſq; initio.

Nunc aūt manifeſtū eſt ſanctis eius.⌋ Hæc ſane diuina eſt diſpenſatio, qui recēs ſit illud manifeſtū. Neq; factū eſt dixit,ſed manifeſtū. Alioqui neq; in pręſentia cunctis eſt palā id factum, ſed eius ſanctis. Quo ſit,ut illud adhuc alijs prædicetur. Cauendū itaq;,ne uos illi ſeducāt, q myſterij huius ſunt & diſpenſationis ignari.

Quibus uoluit deus notas facere diuitias gloriæ Sacri huius in gentibus.⌋ Ne forſan id roges cur ſolis hoc ſanctis,nec cæteris patefactū myſteriū ſit,qbus uoluit,ſtatim ſubiecit. Illi⁹ aūt uelle nec temere ſit,nec ratione caret. Poterat tn̄ dignis,nō ſanctis dicere. Quod eo fecit,ut cum gratiæ ſe obnoxios ſcirent,humiles potius perſtent:q̄ ſi merito id ſe aſſecutos uiderent, gloriæ ducerent. Et ut magis rei ipſius exprimat magnitudinē:nequaq̄ ſimpliciter dixit myſterij gloriam ſignificaſſe,ſed gloriæ opulentiā,qđ myſteriū præcipue gentibus cognitū eſt. Sicuti & alibi dicit,gentes autem in miſericordia. Videtur autem & in alijs deus extolli:ſed in his maxime,q lapides inſenſibilitate excedunt,cum lapides ipſos adorant,& reptantia colunt,quos utiq; pro ſua clementia ad fidem uocauit. Nec ſecus cum gentibus agit,q̄ faceret quiſpiam,qui carne arrepto rabie efferato,ſcabieq; & plagis pene immobili: eundem mox hominem reddat, & in humanā traducat effigiem,ſtatuatq; in regio throno. Plus ſane eſſet ea ex re gloriæ uendicaturus, quàm ſi in homine modicis facultatibus,& non penitus ærumnoſo,mirum id facinus ederet. Recte autem huius myſterij dixit:Sunt nanq; & myſteria alia pleraq;,hoc tamen & præcipuum & uerius eſt,quod nulli eſt cognitum,& præter hominum opinionem uidetur, ut gentes ſcilicet ad ſe Chriſtus aſciuerit.

Roma.15

Magnū & præcipuū myſteriū

Quod eſt Chriſtus in uobis ſpes gloriæ.⌋ Interpretādo q̊d illud myſteriū ſit,Chriſtū dicit hoc eē,uel Chriſti cognitionē,q̄ uobis ineſt. Qđ ſane cū honorū uel laude explicat,ut magis eos alliciat,ꝓinde ac ſi dicat:Si Chriſtus ineſſe uobis iam cōſtat, cur ipſi angelos beneficos dicitis? Eſt aūt & gloriæ ſpes,quia p ipſum ſperamus gloriam cōſequi ſempiternā. Vel quia ſpes noſtra ſit Chriſtus,qui gloria præſtans ſit,& cuius nil pudere nos poſſit.

 Quem

Quem non annuntiamus.⌋ Nos(inquit) non angeli, hūc prædicamus. Quo ergo pacto uos angelos habetis miniſtros?

Corripientes oēm hoīem & docentes.⌋ Non ēm ipſi aut iubendo aut cogendo quenꝗ inſtruimus, id nāq; diuinæ eſt bonitatis & rectitudinis, ne quē inuitū & uiolenter ad fidē ducamus ſed monitis & doctrina. Aduerte queādmodū caſtigare & cōmonefacere, factis fit & operibus alios admonere: docere uero, diuinis dūtaxat decretis eniti.

*Cōmonefacere & docere quō*

In omī ſapīa.⌋ Quis ēm ualeat alios tāta hæc edocere, quāta opus ē ſapīa. Eſt aūt ſapīa quedā ꝗ in ſacris lr̄is cōſtet, quædā quæ meditādo etiā cōparaſ, qdā quæ uel à gētibus ipſis petaſ, queād modū apud Atheniēſes apoſtolus de Ara incognito deo dicata, diſſeruit.

*Acto. xvij Ara dei ignoti*

Ut exhibeamus oēm hoīem pfectum in Chr̄o Ieſu.⌋ Quid illud, hoīem oēm? Ita qdem id nitor uniuerſos mortales reddere pfectiores. Quod ſi minus ſuccedat, nil mihi offecerit. Perfectum autem non in lege dicit, ſeu in angelis, ſed in Chriſto Ieſu, hoc eſt, in Chriſti cognitione. Non enim lex ipſa perfecta eſt.

In q̊ & laboro certādo.⌋ Laboro dixiſſe haud cōtentus, & certādo adiūxit, ut & uigilantiā p̄ferat, & abſtinētiā quandā acerrimā & reliqua ſe ſeruaſſe oſtēdat, qbus ſolēt certaturi ſtudere. Si itaq; ipſe ut bona uobis cōtingant, opam & laborē impēdo: quāto magis & ipſi tantundē debetis & labores inſumere, ut certando uictoriam referatis?

Scd̄m opationē eius, quā opaſ in me in uirtute.⌋ Cū laborē cœpiſſe ſe diceret, arguit utiq; hūc ipm̄ eſſe diuinū. Nā illi inqt, q id laboris ad tolerandū mihi ſufficiūt uires, ſic placitū eſt. Quē admodū & in principio dixit, ꝑ uoluntatē dei. Oſtēdit p̄terea multis ſe impugnari. Nunc nāq; dei uirtus patebit, cum plurimi fuerint qui mihi obſiſtant.

CAP. II

VOlo ēm uos ſcire qualē ſollicitudinē habeā ꝓ uobis, & ꝓ his, q ſunt Laodiceæ, & qcūq; nō uiderūt faciē meā in carne.⌋ Cū ſit de dogmate iā diſſerturus, plurimā eius in Coloſſenſes aperit beneuolētiā: ut apud hos grām ineat, & acceptior ſit. Nā eo inqt decerto, ut & uos tuear, & ne eos obturbet, ꝑinde ac ut ībecilli & aliena indigeat ope Et Laodicenſes adiecit & alios q eius nō uiderint faciē in carne: arguēs illos frequēter in ſpū ſeſe ſpectaſſe diuinitꝰ, quē in carne, hoc eſt, corporaliter nunꝗ uidiſſent.

Ut cōſolenſ corda ipſoꝝ inſtructi in charitate.⌋ Iam tandē dogma aggrediſ, & ita, ut neq; illud prorſus incuſet, neq; oīno calūnia liberet. Eo nāq;(inqt) decerto, ut corda ueſtra admodū cōſolenſ, & in charitate cōueniatis, hoc eſt, ut unam ad fidem, cōcordes ſitis & iuncti, & unum omnes ut ſentiatis: non neceſſitate & ui, ſed charitate & ultro. Id uero hæreſum gratia protulit, quæ diſſidia pariunt.

*Hæreſes diſſidia pariunt*

Et in oēs diuitias plenitudinis intellectus⌋ Hoc eſt, ut nulla in re, ueſtra hæſitēt corda, & ut in oībus intellectus, hoc eſt, myſterij ipſius cognitio abūde certior ſit. Neq; ēm ad diuitias ſimpliciter dixit, ſed ad oēs. Nec me inqt id latet ꝑceptū eſſe ꝑ uos ſenſu & mēte myſteriū: ſed illud dūtaxat nūc quæro, ut de hac ueſtra cognitione & ſenſu ubertim certior fiam. Vel quia, ſapiēter uelim ut myſterium id teneatis, non inſenſate & temere.

In agnitione myſterij dei & patris Chriſti Ieſu.⌋ Quod illud eſt dei myſterium? Nimirum ut filij ductu, non angeloꝝ, patrem nos adeamus.

In q̊ ſunt oēs theſauri ſapīæ & ſcīæ abſconditi.⌋ Hic ſolus certā habet reꝝ oīm cognitionē. Si itaq; ſolus hic ſapiēs, quia oīm gnarus, ergo ad ſapīam debet illi adſcribi, qa poſtremis nō primis tꝑibus ueuerit. Cum aūt theſauros dicit, ſapīæ magnitudinē exprimit. Cū uero oīs, nil aſſerit illi eē incognitū. Abſconditi demū cū intulit, eundē prætendit & ſolū cunctoꝝ habere cognitionem. Eſt itaq;, inqt, ab eo ſapientia & ſcientia efflagitanda.

Hoc aūt dico, ut nemo uos decipiat in ſublimitate ſermonis.⌋ Idcirco ēm id dixerim, quia uniuerſa ſoli Chr̄o & notiora ſunt & aperta, ut nemo uos uerboꝝ lenocinio & ſublimitate, ornatu .ſ. & comitate & elegantia quadā dicendi. Quid ēm ſi afferat qſpiā quæ ad ꝑſuadendū plurimū ualeant, ipſe uero ſit oīm prorſus, id eſt, ueritatis, ignarus? Id ſane nihil eſt aliud, niſi captiūculis quibuſdam & ſophiſmatibus niti.

*Ornatꝰ, comitas, elegantia, īſtrumēta ſunt deceptoꝝ hæreticorum.*

Nam & ſi corꝑe abſens ſum, ſed ſpū uobiſcū ſum.⌋ Vt aūt or̄onis contextū hic ſectareſ, dicēdum itaq; fuiſſet. Et ſi carne abſum uel corꝑe, ſpiritu tn̄ deceptores hoſce cōſpicio. Sed in laudē diuertit ſermonem, ſic inquiens.

Gaudēs & uidens ordinē ueſtrū & firmamentū eius, quæ in Chr̄o eſt fidei ueſtræ.⌋ Hoc eſt optimā fore inſtitutionē hāc ueſtrā, nihil diffido. Quippe q nō modo ab inſtituto ſuſcepto nil excidiſtis: ſed nec ueſtrū quiſpiā ordinē hūc ꝑturbauit aut cōfudit. Fidei ueſtrę firmamentū, hoc eſt, obfirmatā ueſtrā, & immobilē fidem, tanꝗ inſtructa acies aliqua ſit, q ab his ſeruareſ ordo et inſtitutio, charitate mutua om̄ia obfirmāte, nec ulla inter hos eſſent diſſidia. Quin etiā fides ipſa per ſe uelut firmamentum aliquod eſt, quæ prauos prohibeat cogitatus ſubire, qui diſſentiones pariant nutabundis & uarijs.

Sicut



Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chr̄m dn̄m noſtrū⌋ Nihil(inquit) alienū ingerimus, q̊dcunq; ēm accepiſtis, illud exigimus, Chr̄m .ſ. Ieſum & dn̄m, nō angelos q̊s nō prædicauimus.

In ipſo ambulate.⌋ Ipſe nanq; eſt uia quæ ductat ad patrem: Nolite angelorum occeptum id iter incedere, hoc enim non eo traducit.

Radicati.⌋ Hoc eſt, cōſtanti gradu pſtetis. Neq; ēm nunc Chr̄o fuerit, nūc angelis inhærēdum. Nam q̊d ſemel ualidis & altioribus fundatū fuerit radicibus, transferri non poterit.

Et ſuperædificati in ipſo.⌋ Oſtendit eos quidem fuiſſe collapſos: eoſq; fore ſuper Chriſti

Et confirmati in fide⌋ Hoc eſt, firmiter deū per fidē cōplexi, nō (fundamēto inſtaurādos captionibus uel ſuaſibili ulla oratione. Aedificium nāq; & ſtructura, ſi ſint fundamentis impoſita, quæ oneri ſuſtinēdo mnus ſint firma, fallunt quidem & collabuntur.

Sicut & didiciſtis, abundātes in illo in gratiaꝝ actione.⌋ Iterato hoc ſicut apponit, ut & ſi aliud nihil effecerit, pudere tn̄ hos cogat, ut uel ſuimet eos ſaltē uerecūdia teneat, q & didiciſſent q̄d ſequi deberent. Cum aūt ſicut & didiciſtis inquit, tanꝗ pro fundamento diſciplinā ſubiecit. Abundantes uero, pro iniecta fundamentis & mole. Non itaq; eoꝝ tranſcendēdus eſt dogmatum limes, quoꝝ ipſi acceperitis formā: ſed proficiendū in his potius erit & gloriandū. Affatim p̄terea & gratias eſſe fidelibus nobis deo agēdas oñdit, q̊d tātæ nos gr̄æ dignos effecerit. Nec noſtro id eſſe profectui adſcribendum, quod ea ſimus dignati

Uidete ne qs uos decipiat ꝑ philoſophiā & inanē fallaciā.⌋ Hoc eſt, cauete ꝑ philoſophiæ nomē uos qſpiā fallat, q̊d qa celebre ē & uulgatius, & apđ hoīes huius ſumma ſit autoritas, facile decipit, tanꝗ id dicat. Hi ēm q uos circūueniūt, philoſophia nitunſ. Quæ cū honeſtatis plurimū p̄ ſe ferre uideſ, & inanē fallaciā adiecit. Eſt p̄terea aliud q̊ddam decipiēdi genus: rectius tn̄, nec fraudulentū, de q̊ Hieremias meminit: Decepiſti me dn̄e, & deceptꝰ ſum, cuiuſmodi etiā uel illud fuit, cū uiſus & Iacob Iſaac decepiſſe, ꝗ deceptio nequaꝗ dicēda erit fallacia, ſed diſpēſatio q̊dā.

*Per p̄hiam fallunt hæretici*

*Hiere. 20*

*Gene. xxvij.*

Scd̄m traditionē hoīm.⌋ Vides quemadmodū ꝑ uaria humana quædā hoīm ſenſa & cogitatus, captiōes eiuſmodi emanarint. Eoſq; & hęreſes dicunſ, ꝙ hoīm ſint uariæ ſentiētiū opiniones. Sed Chriſtianoꝝ hæc fides, nequaꝗ humano aliquo ſenſu uel iudicio cōſtat, & ideo nec nomen aliquod ſortita eſt iſtiuſmodi, ut hæreſis diceretur.

*Hæreſes quæ*

Scd̄m elementa mundi & non ſcd̄m Chriſtū.⌋ Orditur tandem dieꝝ & tempoꝝ obſeruationes refellere, mundi elementa. Solem & Lunam appellans, qbus dies uideſ & tempora uaria conditione conſtare. Nec dieꝝ dixit obſeruationem, ſed mundi elementa. Sic ēm & orbem uniuerſum complectitur & recordaſ, ut dieꝝ hanc obſeruantiā magis ac magis inanem eſſe coarguat. Quod ſi mundus ipſe om̄is nihil fuerit, longe minoris erūt & elementa hæc facienda, & dies. Non ſcd̄m Chriſtū, id eſt, nequaꝗ pro Chriſti ſunt uoluntate, qui potius uel ſi Chriſto partim eſſet inſeruiendū, partim his elementis, neq; hoc qdem pacto his eſſet obtemperandū, quæ uos in p̄ſenti oīno à Chr̄o ſeiūxerint. Iſtiuſmodi aūt obſeruatōes nō gentiliū modo, ſed Iudæoꝝ etiam ritibus cauebantur. Fit itaq;, ut ex philoſophia illa, hæc à lege defluxerint.

Quia in ipſo inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.⌋ Hoc eſt, quodcunq; deus eſt uerbum in ipſo habitat. Sed ne forte inhabitaſſe hunc audiens exiſtimes habitando & operatū eſſe, quemadmodum & prophetæ ſolebāt, in quibus deus inhabitabat, ſcd̄m quod ſcriptum eſt. Et inhabitabo in eis & inambulabo, corporaliter .ſ. adiunxit, hoc eſt, non operatione aliqua, ſed ſubſtantia & tanꝗ corporatus & ſubſtantia una exiſtens, cū carne aſſumpta. Vel poteſt hoc modo intelligi. Videlicet tanꝗ in corpore cum inhabitat anima, corpore quidem hæc uiuit ſubſtantialiter & inſeparabiliter, ac ſine ulla admixtiōe. Anima tn̄ ipſa corpore excedit, corpus dū moritur: Deus aūt uerbū nunꝗ à carne aſſumpta ſeiunctus eſt. Quin & in ſepulchro aderat illi eandemq; ipſe & incorruptā ſeruabat, ad inferoſq; deſcendēs, cū carne hac erat. Siue igitur p̄dicans, ſiue cū incluſos inferni clauſtris & detētos iam ſolueret, iunctus erat diuinus cū corꝑe animus, uel tum etiam cum uoluntaria morte deceſſit.

*Leui. 26*

*2. Cor. 6*

*Deꝰ a carne aſſumpta nunq; ſeparatus*

Et eſtis in illo completi.⌋ Nil(inquit) minus uos eſtis adepti, ꝗ ille haberet: quin & diuinitate uos eſtis oppleti. In illo, hoc eſt, per eius carnem aſſumptam. Nam cum eſſet noſtra natura deo coniuncta, & nos ſumus diuinæ illius effecti participes. Vbiq; Paulus nititur Chriſto nos facere propinquiores, ſicut & alibi: Conreſuſcitauit nos inquit, & in conſeſſum recepit, in cœlis in Chriſto. Et alias itē: Si ſuſtinebimus(inquit) & ſimul ſumus regnaturi. Cohæredes præterea & alijs in locis appellat.

*Ephe 2*

*2 Timo. 2*

*Roma 8*

*Ephe. 3*

*Hebræ. ii*

Qui eſt caput om̄is principatus & poteſtatis.⌋ Haud quaꝗ perinde cōſubſtantialē hunc ponit, ſed tanꝗ ſuperiorē & cauſantē. Cur ergo(inquit) hoc ipſo omiſſo, ad angelos cōfugiſtis, tanꝗ ad patrē adeundū duces, quoꝝ iſte ſit caput? His nāq; Apoſtolus dictis interſecat, diſſoluitq; quam cœperant Colloſſenſes de angelis opinionem.

In quo & circūciſi eſtis, circūciſione nō manufacta.⌋ Beneficiū ſane admirandū inducit, cū eſtis(inquit) in Chriſto uos circūciſi. Neq; ēm mortali manu, ſed ſpū ſancto talis ſit circūciſio. Nec partem aliquam, ſed uniuerſum hominem circuncidit.

*Circūciſio per ſpiritum ſanctū facta*

In expo

In expoliatione corporis peccatoꝝ carnis, in circūciſione Chriſti.⌋ Ibi qdem pudendum illud uirile circūciſione retegiť, carneo illo uelamine dempto: hic uero corpus hoc noſtrū om̄e expoliať, nudaťq;: quia pc̄tã demunť, quæ per canem cõmittimus. Circūciſionē itaq; hm̄õi nõ lex ipſa prætendit, ſed Chriſtus, cum nos in baptiſmo, ueteri uita & pc̄tõ obnoxia, & carni penitus dedita, denudet & ſpoliet.

Conſepulti ei in baptiſmo.⌋ Quod circūcifionem hic dixerat, id nunc ſepulchrū appellat: tanq̄ maius longe quã circūciſio ſit aſſecuturus. Neq; em̄ illud abijciebať iam circūciſum, ſed corruptum deperdebať. Qui igitur baptiſmo abluitur, Chriſto contumulatur: quia tertio mergiť. (Quod utiq; & dominum præfigurat triduo ſepultum fuiſſe:) emoriturq́;, quo ad ueterem hominem & peccatorem.

Qui baptiſať Chriſto contumulatur

In quo & reſurrexiſtis ꝑ fidē ōpationis dei, q ſuſcitauit illū a mortuis.⌋ Non ſolū (inquit) Chriſti ſepulchrū, quin & reſurrectio ipſa ꝑ baptiſmū prætendiť. Quo modo? Per fidē nimiꝝ. Nam cū fide certiori tenebimus ſuſcitãdi deū habere hãc facultatē, nobiſq́; eã ad rē argumento fuerit qđ Chr̄m a mortuis excitarit: ꝓfecto, bifariã iam reſurreximus. Tum quia reſurrectionē ſperamus, quã ſpe uidemus, & ſi futura ſit illa, quã hac ipſa adepti ſumus: tum quia procul a nobis per ſpiritum mortem eijcimus, quæ ex peccati operibus imminebat, quod clarius in ſequentibus explicabat.

Et uos cū mortui eſſetis in delictis & p̄putio carnis ueſtræ conuiuificauit cū illo.⌋ Chriſtus ſiqdem inqt, cū corporalē mortē ſubijſſet, a patre uitã recepit, nõ quia mortē hãc ipſe ſibi ſuppeditandi facultate careret: ſed quia ad patrē om̄ia referunť. Quod aūt ſeipſum ſuſcitaſſe perſpicuum ſit: in triduum prædixit templū hoc ſuſcitabo. Et alibi: Iteꝝ (inquit) præbuit ſe uiuum poſt paſſionem ſuam. Vos uero qui ſceleꝝ mortem ſubijſtis, & in præputio eſtis, hoc ē, magnum in modum quæ carnis ſunt ſapitis, quod ſane uobis attulit mortem, ad uitam eſtis cū Chriſto redacti. Nam ut ille ſurrexit, ſic ipſi qui ſpiritu eſtis morte iam excitati, & corpore reſurgetis. Baſili⁹ aūt mortē hãc ita interꝑtať. Ob praua em̄, inqt, facinora morti eſtis & cõdēnationi adiudicati.

Johan.2
Acto.1.
Baſilius

Donans uobis omnia delicta.⌋ Quæ. ſ. mortem efferebant. Tanq̄ id inquiat: Aduertite q̄bus uos malis Chriſtus exemerit, quæ uobis merito debebantur.

Delens qđ aduerſus nos erat chirographū decreti, qđ erat contrariū nobis.⌋ Cū illū dixiſſet nobis pc̄tã donaſſe, ne forſan exiſtimes illa & ꝑmanere & patere adhuc permiſiſſe: non ita inquit ſe habet, ſed hoc delictoꝝ chirographū ille obliterauit. Chirographū uero uel cõfeſſionē ipſam intelligamus, uel eiuſmodi aliquid quale illud fuit, quod apud Moyſen conſcripſerat populus, aſſerens ſe quæcunq; deus mandaſſet, facturum, futurumq́; dicto audientē. Vel pactū dicit, qđ deus cum Adam hunc in modū pepigerat. Quacūq; die ex eo comederis, morte morieris. Hãc qdem diabolus pactionem chirographi loco obſeruabat, quæ adeo nobis eſt aduerſata, ut reſpirare nil fuerit. Id itaque Chriſtus decreto abraſit, id eſt, fide. Neque enim id omne operibus ullis, ſed fidei dogmate ſublatum eſt.

Chr̄s chirographum pc̄ti ſua morte deleuit.
Exod.24
Gene.2

Et ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.⌋ Nec ſolū (inquit) deleuit, ſed e medio ſubſtulit, hoc eſt, ne uſpiã appareret chirographū illud effecit. Nec nobis cõtulit, ſed illud cruci affigēs, dilacerauit. Quod ꝓculdubio eſt libēti añio dimittētis indiciū. Oēs nãq; eramus pc̄tõ & pœnis obnoxij, tum ipſe q nil cõmiſiſſet, tormentis & cruciatibus pro nobis affectus, in cruce nr̄a pc̄tã diſſoluit & pœnas, in eaq́; & chirographum ſcidit.

Expoliãs principatus & ptãtes.⌋ Poteſtates dæmoniacas inquit. Vel quia his eēt humana natura circūuallata, uel quia Chriſtus ipſe homo effectus, humanitatē hãc tanq̄ occaſionē habebat, q̄ poſſet cõprehēdi. Hac occaſiõe ubi ſe ſpoliauit, incõprehēſibilib⁹ hiſce inuētus ē ptãtibus. Nam & ſi naturã acceperat pc̄tis obnoxiã, hãc tñ ſine pc̄tõ ſeruauit. Cæteꝝ id om̄e ſic potes ꝑdiſcere. Em̄uero diabolus ex duobus hiſce, uoluptate. ſ. & triſtitia: humanã naturã ſuæ ditioni ſubegerat. Vnde & dñs eandē hãc naturã ſuſcepit, ut pro nobis ipſe aduerſus principatus huiuſmodi, & poteſtates obluctareť. Omitto quēadmodū initio ſtatim poſt eius ſanctiſſimã carnē aſſumptã, illas cõtriuerit, qñ qdē & ſine uoluptate cõceptus ſit, & ſine mœſtitia genit⁹. At ubi & natus eſt, & ad uirilē euaſit ætatē, uoluptatis illecebris ꝑtentatus, & in mõte a gulæ uitio, mox & diuitiaꝝ appetētia, & gloriæ cupiditate, cū dæmon hūc p̄ſens ſuadendo hæc eſſet aggreſſus, ſic Chr̄s ꝓ nobis uictoriã retulit. Deinceps triſtitiæ morbo tētatus, cū artib⁹ ſtuderet tentator ille eūdē inducere, ut proximo q̄q; aduerſareť, cū illi ꝑ Scribas & Phariſęos inſidiareť, uel ꝑ hoſ ipſos, q̊s bñficijs affeciſſet. Qđ qdē exeq cū nequiſſet, cruci tandē maiores artes molitus afficit Chr̄s uero nil adeo ad ea deflexit animū q̄ aduerſarius cuperet, ut etiã ꝓ ſe patibulo ſuffigētib⁹, ſit p̄rem p̄catus. Sic igitur in cruce demū & principat⁹ abs ſe ꝓcul abegit, & ptãtes: unde nos in libertatē, q ab his eram⁹ aduerſarijs circūuēti tanq̄ naturæ eiuſdē participãtes deniq; uendicauit.

Natura peccatis obnoxia.
Matth.iiij.
Marci.1
Lucæ.iiij
Lucæ.xxiij

Traduxit confidenter palam.⌋ Hoc eſt, dæmonē ipſum cõfudit. Neq; em̄ adeo unquam ille cõfuſus ē. Quippe cū Chr̄m habere in ſua ptãte * operiretur, uel alios q̊s habebat, amiſit cõfidēter & publice, hoc ē, ſpectãtibus uniuerſis, Em̄uero totis uiribus ſi liceret, conaretur diabolus Chriſtū

Alias operieť.



Chriſtum hominibus ſuadere mortem ſ nõ obijſſe. Id em̄ maxime hunc ipſum ꝑuicit ac perdidit: qđ homo q innocens eſſet, & nil deliquiſſet, ultro ſubijſſet mortē. Eoq́; & hæreſes innumeras, ſectaſq; hoīm de rectioribus decretis prauæ ſentientiū, in poſteꝝ excitauit: q Chr̄m ꝑ imaginationē & p̄ſtigia quædã aſſeuerarēt uita hac exceſſiſſe. Cui tã prauæ opinioni ut occurreret dñs, ꝑpeti mortē ꝓpalam uoluit. Reſurgere uero nullis uiſentibus: quia reſurrectiõi teſtimoniū eſſet tp̄s poſteꝝ allatuꝝ. Mortē uero teſtari, niſi p̄ſentes: deinceps poterat nemo.

Chr̄s nõ ab re palã mori uoluit, occulte uero reſurget.

Triūphãs illos in ſeipſo.⌋ Hoc ē, in cruce dæmones deuictos oñdit. Triūphus nãq; ei decerniť, q deuictis hoſtib⁹ cū uictoria remeãs, põpã publice ducit, oſtētãs catenis cõſtrictos q̊s uicerit. In cruce itaq; trophæū ſtatuēs dñs, tanq̄ in publico aliq̊ theatro, quo maximus ſit cū Romanoꝝ, tum gentiliū & Iudæoꝝ cõcurſus, de dæmonibus triūphauit. Si igiť nõ angeli ꝓ nobis, ſed Chr̄us ipſe mortuus eſt, quo illud adſtruitis, ꝑ angelos uoſipſos ad patrē deduci?

Nemo ergo uos iudicet in cibo & in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum.⌋ Ad hūc uſq; locū ſubobſcure, & in ænigmatis modū, id dixit: Nemo uos furtim ſeducat. Nunc uero aptius, qñquidē & beneficia explicauit. Qđ ſi hm̄õi iam eſtis beneficia nacti, cur uos minoribus & tã prauis obſtringitis? Nolite ergo hoc ferre, ut quiſq̄ in uos ſuiam ferat, tanq̄ Iudaicæ obſeruatiõis præuaricatores in cibis & potibus. Vel ex eo qdē hos laudat, quia Iudaicas illas & ſupuacaneas cautiones diſſoluerint. In parte aūt diei feſti dixit, quia nõ om̄ia obſeruare hi auderēt. Nam & ſi ſabbata cuſtodiebãt, negligētius tñ, utpote q Chr̄ianos ritus p̄cipue ſectarentur. Oſtēdit aūt & inanē fore obſeruationē, quæ nõ integre cuſtodiť, ex eoq́; & obſeruatõis ipſius ſum̄mã diſſolui. Nam ſi factu id optimū uidereť, perfecte omnia ſeruarentur.

Quæ ſunt umbra futuroꝝ.⌋ Noui teſtamenti dicit futura. Erant em̄ quo ad uetus illud & tunc temporis inſtans, futura, cuius ueteris & tempus adeſſet.

Corpus aūt Chriſti, nemo uos ſeducat.⌋ Nonnulli corpus hoc aūt Chriſti dicūt, in eoq́; & cõtextū terminãt or̄onis, ꝑinde ac ſic Paulus ſentiat: Vetera qdem oĩa ꝓ umbra ſunt, corpus aūt Chriſti, Chriſti ueritas eſt. Quid ergo erit neceſſe, umbrã corpore ipſo pręſente tenere? Alij uero in unū contextū hęc nectūt, ut ita intelligamus. Corpus aūt Chr̄i, hoc ē nos q Chriſti corpus ſumus, nemo ſeducat, hoc eſt, palma emerita fraudet, qđ Græci καταβραβευέτω dicunt, cū penes aliū uictoria fuerit, alius tñ ſurripiat brauiū. Vos itaq; inqt, diabolū deuiciſtis, & illi eſtis ſuperiores effecti, cur ergo rurſus uos ipſi peccato ſubijcitis, legē obſeruando, quę iuſtificare uos neque at, & alioquin quæ cõprehēſos uos teneat? Cū Chriſtus ipſe (non lex) uictoriã tulerit, apud eūq́; & palma ſit neceſſe eſt, q uictor euaſit, & apud uos q Chriſti corpus præfertis. Cur igiť hãc palmam Chriſto & uobis iam debitã, legi defertis? Liquet em̄, ſi Iudaicos ritus ſeruamus, & legem in dñm nos habituros, ꝑ eamq́; & ſaluos fore ducamus neceſſe erit. Sed cū ea quæ legis ſunt, pro umbra habenť, quæ uero Chriſti, pro corpore capiunť (erat qdem prius umbrę inſueſcendū) iure ergo poſtremis tp̄ibus carnē ille aſſumpſit, ut nos ad patrem traduceret.

Iudaici rit⁹ nõ obſeruandi

Volens in humilitate & religione angeloꝝ, quæ nõ uidit inambulans.⌋ Cum Colloſſenſiū animos ꝑculiſſet, ut q & fraudari hos & tētari dixiſſet, mox illud infert hæreticū dogma, inqtq́; Volunt qdem umbratili quadã & apparēti humilitate uos & fraudãdo & tentãdo aggredi: ſeductores em̄ hm̄õi indignū eſſe dicebãt unigeniti maieſtate, ut eius uos ductu ad patrē confederitis, & maius quiddã id eſſe, q̄ humana paruitas ferat. Vnde & inquiūt: Rationi magis & conſentaneū, angelos dicere hoc deducēdi miniſterio fungi, ſic & angeloꝝ haud dubie & cultū inducebãt, & religionē ꝓfitebanť, ſuadebãtq́; minus peritis, ut illis intenderēt, & ad patrē adeundū ducibus uterenť, q nobis attuliſſent ſalutē. Cūq́; & angelos ignorarēt, & q̊uſq; illoꝝ ꝓdereť officium, haud ſecus certiora de his adſtruebant, ac illoꝝ habuiſſent cognitionem.

Dogma hæreticū, q̊ implicabanť Colloſſenſes

Fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ.⌋ Fruſtra q̊ſq̄ in dogmate & carnali magis q̄ ſpiritali mente effertur. Quo em̄ pacto nõ carnoſi cuiuſdã & craſſi fuerit ingenij Chriſti dicta enixe adeo improbare? Vt illud: Sic em̄ deus mundū dilexit, ut filiū ſuū tradiderit ꝓ hoībus. Et rurſum. Et ꝓ eis ego meipſum deuoueo. Et aĩam meã pono ꝓ ouibus meis, & alias oues habeo, & illas oportet me adducere, & alia hm̄õi multa. In apparēti aūt ſuperius dixit humilitate, quia ut dogmatū authores ſuberbiūt hi occurſantes & ꝑtinaces, nec uera ediſcere patiūtur. Confirmãt præterea ipſoꝝ decreta, non humilitate, qua carent: ſed quia eſſe ſupra hoīem iactant, fuiſſe unigenitū noſtri gratia mortem perpeſſum.

Johan.3
Johan.10.

Et non tenens caput, ex quo totū corpus ꝑ nexus, & coniunctiones ſubminiſtratū creſcit in argumentū dei.⌋ Nequaq̄ (inquit) qui decernit hm̄õi, continet caput, hoc eſt, filiū. Ipſe nanq; angelorum eſt caput, ut qui cuncta condiderit. Eſt præterea uel totius eccleſiæ caput, & ſi ratione eadē, tum præcipue, quia illius corpus nos ſumus, & ille noſtroꝝ membroꝝ factus eſt particeps. Tum etiam, quia ex eo corpus uniuerſum eccleſiæ conſtat, & ſimpliciter eſſe hoc habet, & bene eſſe. Et ſi ab eo exciderit quiſpiã, perijt ilico. Vt em̄ uitalis ſp̄us à cerebro in reliquū corpus per neruos diffunditur, & à capite ipſo ſenſibilitas om̄is & motus deriuatur, ſic & eccleſiæ corpus à Chriſto ſubminiſtratur, hoc eſt, ab eo & uitam accipit, & ſpiritus incrementum.

Chriſtus eccleſiæ caput

Quod

Quod utiq; omne,tunc haud dubie eccleſia hæc adipiſcitur., cum ſpiritus illi nexus eſt & impa-ctus.Is nãq; per nexũ quendã,& iuncturas,incremẽta ſuppeditat. Itaq; ſi nõ uinciret corpus cũ capite,nec illi quidẽ cõgruere,hoc eſt,correſpondere ualebit,nec ſpũs ipſe ſuppeditabit,nec dei incrementum, hoc eſt, optimæ uitæ profectus ullus accedet.

Per baptiſmũ Chriſto cõmorimur

Si mortui eſtis cũ Chriſto,ab elemẽtis huius mũdi: q̃d adhuc tanq̃ uiuẽtes in mũdo decernitis? ⌋ Per baptiſmũ,inquit,Chr̃o cõmorientes uitæ om̃i ſuperiori demortui eſtis,ita ut nil amplius uobis ſit elementis(quoꝶ olim ditione ſubieratis)inſeruiendũ: Cur ergo hoc tp̃e haud ſecus q̃ priorẽ uitã degentes,his eſtis ſubiecti? Quippe q ſatis ſitis edocti,quæ proſpera,quæve ſiniſtra ſit dies,& hm̃oi reliqua,quæ utiq; à gentibus & cauent & obſeruant.Aduerte autẽ,q̃ eos ſtultitiæ arguat uituperetq́;, cũ decernitis inquit,ꝑinde ac ſi dicat:Nec ſecus ac pueri ꝑ luſum ſolent,dicatiores uos agitis,q pridie nati & nuper inſtructi ſint.In cõſeſſum em̃ ueniſtis, ut ſentẽtias de dogmate proferatis,ſanciatisq́; quid factu ſit neceſſarium.

Ne tetigeritis,neq; guſtaueritis,nec cõtrectaueritis q̃ ſunt oĩa in interitu ipſo uſu.⌋ Vel aliã quãdã iſtoꝶ ꝓducit ſupuacaneã obſeruationẽ:q ab eſcis nõnullis,Iudæoꝶ more abſtineãt, & caueãt gentiũ ritu,dies ac tp̃a. Veꝶ ut q̊rundã deprimat inſolentiã,q noua q̃dã decernũt decreta,ſic inquit.Neq; enim magni hæc fieri debent, quæ ad corruptionem utentibus rediguntur. Comeſa nãq; & in aluo corrupta,per ſeceſſum defluunt & delabuntur.Quo fit,ut neq; proſint hæc ſuapte natura,neq; officiant.

Matth.xv

Scd̃m p̃cepta & doctrinas hoĩm.⌋ Nequaq̃ hæc diuina ſunt inſtituta,ſed hoĩm iuſſa. Quid ergo,nõne & dei doctrina ẽ lex? Fuit q̃dẽ.ſed olim q̊ad tp̃s ẽ nacta,nũc uero mĩme, utpote q̃ nullũ ultra habeat tp̃s. Vel q̃a lege ſeniores illi apud Iudęos abutebant,cũ p̃ter legẽ multa iniũgerẽt queẽadmodũ in euãgelio meminit dñs, Vel hoĩm doctrinã,gentiũ diſciplinã interpretat.

Quæ ſunt rõnem quidẽ habentia ſapĩæ in ſupſtitione,& humilitate, & nõ ad parcendũ corpori,nõ in honore aliq̊ ad ſaturitatẽ carnis.⌋ Rationẽ ſunt hi ſapĩæ cõſecuti,nil tñ uel uiriũ habẽt,uel ueritatis. Videt aũt decreti huius inductor,pietatẽ quandã p̃ ſe, & moderãtiam ferre,& corp᷒ cũ ab eſcis abſtineat,paruifacere:tãetſi deus honorẽ & corpori detulit,& cibos cõceſſit & alimenta, ut his caro exatiata ꝑſtaret,& uolens uitijs imperaret.Hi uero haud quaq̃ honorifice corpore ipſo utuntur:quippe quod poteſtate priuant,& arbitrium demunt,nec ſinunt ut ſponte ſuijpſius imperium teneat.

CAP.III

Baptiſm᷒ mergẽdo mortẽ denũtiat,emerſione vero reſurrectionẽ figurat.

IGitur ſi cõſurrexiſtis cũ Chr̃o,q̃ ſurſum ſunt q̃rite, ubi Chr̃s eſt in dextera dei ſedẽs,non q̃ ſup terrã.⌋ Cũ per baptiſmũ dixiſſet Chr̃o eſtis cõmortui,tacite dedit intelligi,quia & ſimul eſſent cũ Chr̃o reſurrecturi. Baptiſmus nãq; queẽadmodũ mergẽdo mortẽ denuntiat, ſic emerſiõe ipſa reſurrectionẽ figurat. Nũc uero illud cõplectit.Si cõſurrexiſtis cũ Chr̃o, neceſſe eſt,ut in cœlo & uos ubi ille aſſidet p̃ri ad dexterã,diuerſemini. Quo in cęlo,nulla eſt uel dieꝶ uel tempoꝶ obſeruatio. Sũt p̃terea uobis & cœleſtia ſapiẽda,nõ terreſtria. Hæ eſcaꝶ nãq; & tẽpoꝶ cautiões,terrenis cõſtant p̃ceptis. Nec ſatis habuit Paulus q̃ in cœlo ſunt dicere & ubi Chr̃s cõſiſteret,ſed in dextera dei ſedet adiecit,ut magis ac magis aĩm noƀ à terrenis hiſce diſiũ-

Mortui em̃ eſtis,uita ueſtra abſcõdita eſt cũ Chr̃o in deo.⌋ Vtrinq; hos urget,ꝑ ui (gat. tã.ſ.& mortẽ,& p̃parat ne cõquirãt p̃ſentia. Eſtis em̃ mortui inq̃t ĩferiorib᷒ hiſce reb᷒,eoq́; nec terrena uobis hæc ſunt depoſcẽda.Cõtra uero & uobis(ſubdit)in ſupnis ẽ uita,itaq; & cœleſtia ſapite.Contẽdit em̃ id patefacere,ut q cœleſtib᷒ in bonis cõſideãt,aliã quandã degere uitã oporteat q̃ & in deo ſit ſita,& nuſq̃ appareat. Vtq́; nec Chr̃s ipſe nũc uiſit,ſic nec ueſtra inq̃t,uita patebit.Cur ergo q̃ ſub aſpectũ ueniũt,q̃ritis? His aũt Paul᷒ ſic cõfirmatis p̃ludit, ut de moralitate mox diſſertur᷒.Cõſueuit nãq; cũ adort᷒ alia ſit,alia trãſilire,queẽadmodũ ad Corinthios, cũ de p̃

i.Coꝛ.xi

uenietib᷒ in cœnis,& comeſſatiõib᷒ haberet ſermonẽ,ſimul & in myſterioꝶ traditionẽ incidit.

Cum aũt Chr̃us apparuerit uita ueſtra,tunc & uos apparebitis cũ ipſo in gloria.⌋ In ſcd̃o aduẽtu appariturus eſt Chr̃us,& uniuerſis offeret ſe deus,cũ gloria & angeloꝶ comitatu aduentãs,tũc demũ & ipſi patebitis. Nec q̃dẽ ſimpliciter, ſed eadẽ in gloria,illũ igitur q̃rite, nõ p̃ſentẽ hũc diẽ.In eo(inquã)aſſequi uitã om̃i ſtudio adnitamini,tũc em̃ ueſtra q̃ uera eſt uita, palã fiet.

Præſens vita eſt mors

Præſens nãq; mors eſt,quia effluxus,refluxusq́; cõſtat corruptiõe. Nolite hoc in ſeculo uel gloriã,uel honores efflagitare,cũ in cœlo nr̃a oĩs futura ſit gloria.Latet em̃ & margarita q̃ diu cochlęa occultat:illa refracta,ꝓpriũ uirtutis emittit fulgorẽ.Et nos itẽ, q̃ diu corruptibili hoc corpe eſt immorandũ,debemus ut latitãtes nil glorię quærere:At ubi corruptibile hoc diſſoluet,tunc & gloria ipſa,ſi pro rebus geſtis digni hac fuerimus,conſequetur.

Mortificate ergo mẽbra ueſtra,quæ ſunt ſup terrã.⌋ Non em̃ reficite dixit,ut nuſq̃ reſurrectura,ſed mortificate mẽbra quæ ſup terrã ſunt. Forte uel eo & corpis mẽbra hæc dicit, q̃ dum minus quæ cœlo digna ſunt factitẽt,nequaq̃ ultra ĩ terris cõſtare aſſeuerent. Videlicet cũ aĩo nõ iniq̊ quę mũdi ſunt intuemur,nec & turpia audimus:nõ ampli᷒ eſſe in terra tũc dicimur;& q̃ corpore his mẽbris gerunt in terris,flagitia ſunt,quæ terræ inſidũt,& hic cõſumunt. Nam & corporis mẽbra,& ſi à terra ſint oriũda:haud tamẽ in ea ſunt ꝑmanſura, ut corrumpant, ſed incorrupta futu-



pta futura ſunt,cũ reſurgẽt. Veꝶ quo pacto,cũ ſuperius diceret,cõſepulti cũ Chriſto eſtis,exuiſtis pc̃tõꝶ carnis & corpus,nunc rurſum mẽbra inq̃t mortificate? Quia prior illa mortificatio baptiſmi beneficiũ erat,q̃ pc̃tõ attuliſſet ꝑniciẽ,q̊d nobis antea eſſet admiſſum:Hæc aũt,q̃ in p̃ſenti nobis ſuggerit mortificatio,nr̃a ſit uolũtate q̃ & poſt baptiſmũ delet pc̃tã.Quin poti᷒ nec germinare hæc ſinit,uel reuiuiſcere,quia carnis enecet ſapĩam. Nec ſecus agit,q̃ faceret quiſpiã, q ſtatuã apud quempiã nactus rubiginoſam & ſitu obſitã,retractãs tergit expolitq́;,choruſcãq́; & cõſpicuã reddit.Deinceps eam habẽti demãdet curandã, iniũgatq́; ut rubiginẽ,nec prorſus abſterſam nõ ſolũ demat,ſed uel inhæſuram abradat in poſterum.

Cap.2

Fornicationem.⌋ Ecce interpretatur quæ illa ſunt mẽbra,& fornicationis eo prius cõmeminit,quia paſſim id uitium & maxime dominetur,

Immũditiã,libidinẽ.⌋ Omittit ꝓprie explicare q̃ dici honeſte nõ poterãt,ſed ꝑ immũditiã quidẽ & libidinẽ,oẽm fœdi cõcubitus ſpeciẽ præfert. Eſt em̃ turpis libido,rabies corꝑis quędã. Nec ſecus ſe habet,q̃ uulnus in corpore aut febris,uel alius quiuis iſtiuſmodi morbus.

Concupiſcentiã malam⌋ Rurſum generaliter rem omnẽ expreſſit. Cupiditas nanq; ſemꝑ eſt mala,præter eam qua concupiſcitur deus. Et quæ dei ſunt exoptantur,cuiuſmodi cupiditatis & Daniel deſideriorum uir erat.

Dañ.9 Daniel vir deſideriorum

Et auaritiã,q̃ eſt ſimulachroꝶ ſeruitus⌋ Primogenitus prauæ cõcupiſcẽtiæ fili᷒,hñdi cupiditas eſt,quã auaritiã nũcupauit,quæ aurũ argentũve colat, cum ſola hæc concupiſcit.

Propter q̃ uenit ira dei ſnp filios incredulitatis.⌋ Et futuri iudicij ira,& p̃ſentis ſeculi indignatio,iſtiuſmodi hoĩes prehenſat,q ſe argẽto & auro addixerũt. Incredulitatis aũt filios dicit, quos & uenia priuet, arguatq́; nõ ignorãtia uitijs eſſe immerſos,ſed ꝑuicacia quadã atq; ꝑfidia. Quã ita exercuere,ut ab incredulitate ipſa adoptari in filios ꝓmeriti ſint,ex eaq́; & formã acceperint,& ſignum,ita ut dignoſci facile poſſint.

In q̃bus & uos ambulaſtis aliq̃n cũ uiueretis in illis⌋ Eoꝶ in laudẽ uerba hæc facit,ut q haud quaq̃ in his uitã nunc ducãt,ſed olim duxiſſent. Quippe qui gentiles fuiſſent.

Nunc aũt deponite,& uos oĩa.⌋ Quo pacto cũ ſuperius dixerit,cũ uiueretis,oñderitq́; non amplius eos in p̃nti his uiuere,rurſum deponite,infert oĩa? Quo em̃ modo ſunt,q̃bus iam carẽt, depoſituri? Dicendũ itaq; q̊d dixit cũ uiueretis,ad p̃ntia dicta hæc plurimũ facere,ꝑinde ac ſi dicat. Vobis olim dñabatur pc̃tm̃,uitãq; ueſtrã nondũ baptiſmo ablutã,cõſtrinxerat & uiolẽtius detinebat,unde difficilis erat à uitijs abdicatio. Nunc uero,q̊d inſiderat uobis pc̃tm̃,ꝑ baptiſmũ morte cõfectũ ẽ. Quo fit,ut facile poſſint ueſtis in modũ,uitia ipſa deponi. Nec ultra id excuſabitis,ſub uitioꝶ tyrãnide uitam uos ducere,eſtis nãq; & his ipſi demortui.

Irã,ĩdignationẽ,malitiã.⌋ Indignationẽ odiũ dicit,quã pleriq; animi dixere amaritudinẽ, cũq̃s apud ſe,& ſi irã aſſeruat frenatq́;,ſecũ tñ furit indignabũdus,ut hãc in poſteꝶ euomat.

Blaſphemiam.⌋ Contentiones & conuitia,blaſphemiam dicit.

Turpem ſermonẽ de ore ueſtro⌋ Aperte ueſtro ex ore dixit,id eſt,q̊d ex dñici corporis cõmunicatione ſanctificatum eſt. Abſurdum itaq;,ut os illud ſermonis fœditate coinquinetur, quod Chriſtum ſuſcipit.

Nolite mentiri inuicẽ.⌋ Quippe qui dicentẽ indueritis Chriſtũ,ego ſum ueritas. Cur ergo aliqua quadã mentiendi forma eſtis obducti? Liquet ergo uos priſtinũ illũ characterẽ exuiſſe, qui uobis ueritatem impreſſerat.

Johan.14.

Expoliãtes uos ueterẽ hoĩem cũ opibus ſuis.⌋ Cur Paulus corruptũ uiuendi modũ,mẽbra & corpus & hoĩem nũcupat:nec ſecus & q̊d cũ uirtute uiuit,hiſdẽ noĩbus exprimit? Nimiꝶ ut uoluntatẽ oñdat,ſubſtãtia potiorẽ,& ab ea nos potius denominationẽ eſſe quã à ſubſtãtia ipſa & corꝑe aſſecutos.Quin etiã & ſacræ lr̃ę equos & canes,& uulpes eos appellãt,q aĩo ſint animãtiũ hoꝶ ꝑſimiles. Et nos itẽ ſiue in gehennã,ſiue in regnũ cœleſte,uolũtas hæc nr̃a & animus,nõ corruptior ſubſtãtia iſta inducit. Per ueterẽ itaq; hoĩem,corruptã uoluntatẽ, exp̃ſſit:eoq́; & cũ opibus,hoc ẽ,factis & uelle adiecit. Et ueterẽ dixit,ut uolũtatis huiuſce turpitudinẽ deformitatẽq́; & impotentiã patefaceret. Aduerte aũt,queẽadmodũ ueteris hoĩs mẽbra cõmemorauerit. Per mendaciũ uãq; mentẽ expreſſit,cor aũt per furorẽ, & per mnedaciũ rurſus os deſignauit, ꝑ blaſphemiã oculos,ꝑ fornicationẽ membra recondita & pudẽda,manus per auaritiã, iecur per turpem concupiſcentiam.

Vetus homo.

Et induẽtes nouũ hoĩem,q renouat in agnitionẽ⌋ Nouus hõ ſcd̃m deũ uolũtas eſt,q nihil inueteraſcit,ſed ſemꝑ recẽtior ad dei cognitionẽ floret,& augeſcit,cõtinueq́; magis ac magis iunior eſſe arguitur,& quo cognitiõis,huiuſce plus cœperit,maioribus dignat,eo potẽtior eſt.

Scd̃m imaginẽ eius,q creauit eũ.⌋ Hoc eſt,Chr̃i. Neq; is ad ſenectutẽ uſq; ꝓuectus eſt,q̃n decore adeo & puchritudine excellebat,ut uerbis nequeat explicari. Decorus q̃ppe,ut inq̃t,ſupra filios hoĩm. Nullũ em̃ cõmiſerat ſcelus,q̊d ſane putredinẽ præfert & uetuſtatẽ. Nos uero q̃ ab eo cõditi ſumus,abſtergere à nobis debemus,oẽm quæ à peccatis inhæſerit,uel corruptionẽ uel ſenectutẽ. Creauit aũt ille nos per baptiſmũ & melioris uitæ actiones.

Pſal.44

T Vbi non

Chrũs ẽ oĩa in oĩb9, ⁊ oẽs vnũ ſumus in ipſo

Ubi nõ eſt Gentilis & Iudæus.⌋ Hoc eſt, proſelyta, & Iudæus à maioribus. ſ. oriundus.

Circũciſio, & pputiũ, Barbarus, & Schyta, ſeruus, & liber, ſed oĩa & in oĩbus Chrũs.⌋ Ecce uel alia quædã ſcd̃m Chr̃m noui hoĩs laus, cũ nulla in eo nec gẽtis nec dignitatis, nec pgenitorꝝ conſpici differẽtia poſſit, ſed Chr̃m dũtaxat huius & formã eſſe. Quippe cũ oĩbus q ad optimã ſunt uitã formati, oĩa Chriſtus ſit, hoc eſt, & genus ſit illis Chrũs, & dignitas. Vel aliter, hoc eſt: Vos oẽs Chriſtus unus efficiamini, cuius eſtis & corpus.

Induite uos ergo ſicut electi dei ſancti & dilecti.⌋ Ad uirtutẽ ſemp oñdit facilẽ aditũ, quam haud ſec9 ac amiculũ aliq̃d accipere & induere poſſumus. Eſt tñ neceſſe ut ppetuo nirtutẽ hanc apd̃ nos habeam9, utamurq; ad ornamẽtũ & decoris inſigne. Quo fit, ut q ea caruerit, deformis & minus ornatus appareat neceſſe ſit. Maximis p̃terea laudibus hos ipſos cõmonefacit, qui & ſi eẽnt iã ſcti effecti, nondũ tñ erãt electi uel dei charitate dignati. Vos igit, inqt, eſtis hæc oĩa aſſe-

Debem9 his q̃ digni ſuntmore parẽtum indulgere

Uiſcera miſericordiæ.⌋ Nõ eñ miſericordiã dixit induite, ſed miſericordiæ uiſcera (cuti. Cũ, ne eos uideat contẽnere, q ſunt miſericordia digni, tũ, ut oñdat ex animi affectiõe eẽ his ĩdulgẽdũ. Nec fratrũ more, ſed ut parẽtes ſolẽt in filios eẽ ppẽſiores. Neq; hũc illũve dixeris ſcelera cõmiſiſſe, eoq; nec delinquẽti parcẽdũ, cũ miſericordiæ uiſcera idip̃m efflagitent.

Benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiã, patiẽtiã⌋ Qui ſecũ miſericordiæ uiſcera tulerit, neceſſario & hæc cõſequũt. Quis eñ pr̃ nõ ſe ad liberos p̃ſtat benigniorẽ nõ humilẽ, nõ ĩdulgẽtẽ, nihil his obſiſtẽdo, nõ cũcta pmittat indulgeatq;? Quis inq̃ parẽs nõ ferat hos tolerãtius? Vide q̃ hæc ex ordine poſuit. Benignitas nãq; humilitatẽ parit. Qui eñ benignior fuerit, & optimis morib9 inſtructus, & humilis ſit, neceſſario ſeqt. Ab humilitate habet & modeſtia ortũ. Nã cõtra q ſupbus & inſolẽs fuerit, & iracũd9 ſit, erit neceſſe. A modeſtia orit patiẽtia, hoc ẽ, animi magnitudo.

Supportãtes inuicẽ, & donãtes uobiſmetipſis, ſi qs aduerſus aliquẽ habet querelã.⌋ Hoc ẽ, mutua uos patiẽtia tolerate, tu illũ tuleris, ille te feret. Ea lege, ut nõ acerbi9 ueſtra inuicẽ ingrant cõmiſſa, qn p paruis hæc ducite, nec magni illa q̃ in uos admittunt, exiſtimetis. Aduerte quẽadmodũ hæc ip̃a & Paul9 paruifaceret, utpote q̃ ſub q̃relæ noĩe ita expreſſerit.

Sicut & dñs donauit uobis, ita & uos.⌋ Qd̃ ſemp agit, Chr̃i exẽplo illos hortat, idẽ argumẽtũ inducẽs. Superius tñ, q̃ in ſe inuicẽ ĳdẽ delinquerẽt, ut parua uiderent, effecit, cũ hęc ſub q̃ſtionis noĩe expreſſiſſet: cũ uero Chr̃m pducit, ſuadet, & ſi grauia ſint, q̃ in nos admittunt, uel in eos ip̃i benefici ſimus, q nobis officiãt

Bñfaciẽdũ his q̃ nos oderũt ⁊ hoc charitate

Si demũ uero ipſi excellimus, & p̃ſtantiori fortuna ſumus, tenues uero ſint illi & forte inferiores, ferendos tñ hos eẽ, & miſſa oĩa faciẽda. Neq; id mõ agendũ ſed mors etiã pro his obeũda. Quin uel poſt mortẽ erit ſi liceat, de his ipſis, benemerẽdũ: quẽadmodũ & poſt obitũ, de uobis eſt benemeritus dominus.

Sup oĩa autẽ hæc, charitatẽ habete.⌋ Cũ fieri poſſit, ut munera qs largiat, nec tñ id ex uero officio agat, ſed ſub p̃textu q̊dã beneuolentiæ & ſimulatõe qd tribuat. Viã Paulus patefacit, qua uera poſſimus munera elargiri. Põt interea qſpiã benign9 uideri & humilis, cũ nihil habeat in ſe charitatis: idcirco ait: Super omnia aũt charitatem habete.

Vt iũcturæ ⁊ nerui in corpe hoc charitas in bono opere.

Quod eſt uinculũ pfectiõis.⌋ Charitas (inquit) cũ aderit, hæc oĩa cõtinebit. Si uero deerit, diſſoluunt arguẽturq;, & cõmentitia extitiſſe, & nullius momẽti, quæcũq; in proximũ intulerimus. Quẽadmodũ & in domo cõſtructa ſi cõpages deſint & nexus, q eam cõtineãt: ocyus collabet. Itemq; & in corpe, ſi iuncturæ aberint & nerui, pereat neceſſe eſt, & diſſoluat. Si charitas, cũ uniuerſa uel ſola cõſtringat quæ pariũt pfectionẽ: ſi fuerit ſublata, nil prorſus ſunt benefacta cætera pfutura. Qua charitate q careat, nunq̃ eſt ad pfectionẽ aliquã euaſurus: uel ſi ad eum nil ſibi uideatur deeſſe, imperfectior tamen hic deprehendetur.

Et pax Chr̃i exultet in cordibus ueſtris⌋ Nos q̃dẽ plerũq; cõtumelĳs p aliquẽ unũ affectos uario certamine mox ſubeũt cogitat9 quorꝝ alĳ ad uindictã nos cõcitãt, ad tolerantiã alĳ. Si dei pax nobis tũc aderit, pinde ac æquiſſimus iudex aliqs & certaminis p̃ſes, uictoriæ palmã his deferendã cẽſebimus, q ſtatim ſuaſerint æquo ut aĩo iniurias toleremus, his ipſis & cõceſſuræ ſunt

Pax hũana vel obſtãdo, vl' vindicãdo iniurias plerunq; pficit Chr̃i vero pax nõ niſi tolerãdo

poſtmodũ q̃ antea aduerſabant cogitatões & animi motus, & illatas iniurias una tolerabũt. Pax itaq; iſtiuſmõi iudicis in nobis fungat officio, nõ ira uel altercatio, uel humana pax aliq̃, q̃ obſtãdo & uindicãdo pficit: cũ dei & Chr̃i firmior ſit, & ĩſolubilis, q̃ nullum mortale bonũ efficiat. Sicuti & dei nobiſcũ cõciliatio re alia nulla fuerit inita, niſi qa ille ſola eius clemẽtia, & charitate inimicitias ſoluit, q̃s olim in nos exercuerat. Quęret aliqs: Cur Paulus cũ charitatis faceret mentionẽ, rurſus de pace diſſerit? Superuacaneũ eñ uidet de pace cõmonefacere, quã charitas ip̃a, cuius & meminit, complectatur. Idcirco ſic infert. Cum ſæpe inter amicos oriatur contentio, & ex ſumma quadã plerũq; bñuolẽtia altercatões, iniuriæ, & diſſidia excitãtur: id ſolũ uelim, ut amore inuicẽ, uel ſtudio q̊dã & cõcertatõe uoſmet pſeq̃mini. Nec minus & illud exegerim, ut ad ueſtrã hãc mutuã animi cõiunctionẽ Chr̃i pax ipſa accedat q̃ vr̃a oĩa & diſponat & iudicet.

In qua & uocati eſtis in uno corpe.⌋ Hoc eſt, ad pacẽ euocãs Chrũs, uos unũ corpus effecit, cuius & ipſe ſit caput effectus. Cur aũt cũ uno & corpe ipſi conſtemus multi, unũ corpus efficimur? Quia cũ mẽbra ſimus adinuicẽ hãc pacẽ ſeruamus, nihil diſſentiẽtes. Vel quia eſtis ad pa

cemuou-



cem uocati, hoc eſt, innumerabilibus eſtis iam bonis per pacem dignati. Nam haud quaq̃ aliter nobis cum deo in gratiam reditus patuiſſet, nec nos ille uel in eius ſeruitutem uocaſſet, uel ſuorꝝ bonorum feciſſet participes.

Et grati eſtote.⌋ Id nãq; gratitudinẽ p̃fert, cũ haud ſecus ipſi nos gerim9 erga conſeruos, ac de9 erga nos habet. Nã q deo grãs pfitet, quia ab eo ſit ueniã cõſecutus, nequaq̃ in eũ ulciſcit, q ſe affecit iniuria, tanq̃ ſi de eo q iniuriã intulit, pœnas ſuſceperit, nequaq̃ poſtmodũ uideat dei in ſe beneficia meminiſſe, eius in morẽ, cui cũ eẽnt mille talẽta dimiſſa, ipſe tñ nec mille nũmos conſeruo dimiſerit. Agendæ itaq; p nos gr̃æ erũt, cũ pro malis q̃ ipſi ppetimur, tũ etiã cũ iniuriã à q̊uis illatã, nos toleramus. Sic enim uel martyrĳ aſſequemur coronam.

Matth.18

Uerbũ Chr̃i habitet in uobis abũdanter.⌋ Viã nobis oñdit, qua & gratitudinẽ p̃ferre poſſimus. Si eñ inqt, dei in uobis uerbũ inhabitarit, hoc ẽ, doctrina, uel diuina decreta & monita, q̃bus nos ille inſtruxit: p̃ſentẽ hãc uitã habere cõtemptui, & terrena bona hæc paruifacere, nullis pfecto uel grauiorib9 reb9 ſuccubuerimus, ſed oĩa fortiter tolerãdo, grãs deo ſum9 occurſantib9 malis acturi. Neq; eñ ſimpliciter in uobis ſit dei uerbũ ſed inhĩtet dixit, & afflueter. Nã ſi ſacrarꝝ lr̃arꝝ abũdabimus cognitõe, facile & ærũnas & calamitates, & q̊duis mali gen9 tulerimus. Nec ſecus, q̃ uir qſpiã opulẽtus iacturã aliquã tenuẽ pateret, & nihili duceret.

Sacrarꝝ lr̃arũ ſtudiũ ad quid vtile.

In oñi ſapia⌋ Hoc eſt, in oñi uirtute, quã ſapiam nũcupat. Quemadmodũ Dauid pctm̃ inſipiẽtiã dicit, ut illud: Dixit ĩſipiẽs in corde ſuo. Et putruerũt cicatrices meæ à facie ĩſipẽtiæ meæ.

Pſal.52
Pſal.xxxvĳ

Docentes & cõmonentes uoſmetipſos in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritalibus.⌋ Cũ habeat ſcripturarꝝ lectio laboris nõ parꝝ, nequaq̃ hos ad plegẽdas ſacras hiſtorias cohortat, ſed ad pſalmos decãtandos impellit, ut ſimul' inqt, & animũ canẽs oblectes, & laborem canẽdo fallas. Poſt pſalmos aũt & hymnos poſuit, tanq̃ rem aliquã pfectiorẽ. Pſallere nãq; hoĩm eſt, hymnis uero deum efferre, angelorum.

Nõ ad ſcripturarum ſtudium Paul9 cũctos mittit
Hoĩes deũ pſalmis efferũt, angeli hymnis

In gr̃a cantantes.⌋ Hoc eſt, cũ gr̃a & ſpiritali quadã animi iocũditate. Nam quẽadmodũ & hoĩm cantiões, grãm aliquã, & ſi nullã habeãt, uident præferre, ſic cantus diuini ſpiritalẽ afferũt uoluptatẽ. Vel quia ex gratia erant decantandi id muneris aſſecuti.

In cordibus ueſtris deo.⌋ Nõ (inqt) ſolũ ore eſt decãtandũ, ſed & cordibus, hoc eſt, cũ attẽtõe & diligẽtia. Id eñ ppriũ ẽ deo canere. Alias uero hoĩm uoces dũtaxat in aerẽ fundere. Vel aliter: In cordibus, id ẽ, nõ ad iactantiã & oſtentationẽ. Nam ſi uel in foro uerſaberis, poteris tecum ipſe tacitus audiente nemine, domino decantare.

Omia quæcũq; facitis in uerbo aut in ope, oĩa in noĩe dñi noſtri Ieſu Chr̃i.⌋ Si cibũ (inqt) uel potũ deſumis, ſi peregre aliq̊ pficiſceris, cuncta in dei noĩe facito, hoc eſt, illũ ut adſit inuoca, & opem ferat, & prius illum precatus, mox opus q̊dcunq; aggredere. Nam dei nomẽ dæmones abigit, facitq; ut facile tibi cũcta & ad uotũ ſuccedãt. Vel illud apoſtolus hoc loco cõmonefacit, ut angelis omiſſis, quos eſſe ad patrem crederent duces, Ieſum inuocent.

Gr̃as agẽtes deo & pr̃i p ipſum.⌋ Si filiũ inuocas, p eũ iuuocabis & patrẽ. Si filio grãs egeris, p ipſum & pr̃i grãs dices Vel quia quẽadmodũ nos ip̃os fili9 ad patrẽ traduxit: ſic & quas ipſi agimus, gratias, patri is offert. Quippe cuius interceſſu, bona nobis uniuerſa contingant.

Mulieres ſubditæ eſtote uiris, ut oportet in dño.⌋ Cur Paulus in alĳs nuſq̃ epiſtolis, niſi in hac dũtaxat, & ea quã ad Epheſios ſcribit, & alia quã ad Timotheũ trãſmiſit & Titũ, hmõi imperat? Quia his in urbib9 nõnulla erãt diſſidia, uiros ĩter uxoreſq;. Vel qa obfirmata iã ĩ his erat eccleſia, & recte erãt in ea oĩa inſtituta, id præter, q̊d caſtigandũ ſupererat. In dño aũt, hoc eſt, propter dñm uos ipſas ſubĳcite. Nõ eñ naturalẽ modo ſubiectionẽ illã exegerim (Id nãq; prætendit, cũ ut oportet, inqt) ſed dei maxime gr̃a, ut uos iure obſequẽtiores præſtetis.

Ephe v
1.Timo.2.3
Tit.2
Obſequiũ mulieris erga virũ quale

Uiri diligite uxores ueſtras, & nolite amari eẽ ad illas⌋ Vide quẽadmodũ q̃ horꝝ cuiq; cõpetunt, cõſulat. Fœminis q̃dem ſubiectionẽ, uiris in uxores beneuolentiã. Neq; eñ adeo ſubditorum requirit in principes amor, ut principiũ in ſubditos charitas poſcit. Mulier nãq; cũ adamatur, & ipſa reciprocã refert amoris uiciſſitudinẽ, obſequio uir manſueſcit & benignũ ſe præbet. Et quia plerũq; euenit ut exaſperetur, q ſit uel amore affectus, cũ cõſtet uel inter ſumma charitate coniũctos, bella & diſſidia oboriri acerbius, ppterea inqt: Nolite amari eſſe. Fit eñ cũ ingenti quadã animi amaritudine, ut cũ eius membro quiſquam diſſideat.

Filĳ obedite parẽtibus p oĩa, hoc eñ placitũ eſt in dño.⌋ Rurſum in dño dicit: Neq; eñ naturæ dũtaxat rõne, uult id ut agamus, ſed qa ſic deo ſit placitũ, ut & mercedẽ pmereamur, ut q dei id gr̃a facimus, fideliũ liberis intulit, ut parẽtibus cũctis in rebus obſequerent. Nã infidelibus & impĳs genitoribus nequaq̃ erit oĩbus in rebus obtẽperandũ. Neq; eñ audiẽdi ſunt illi, cũ ad impietatẽ filios & falſas religiões compulerint.

Parentibus in quibus non eſt obediendum.

Patres nolite ad iracũdiã puocare filios ueſtros, ut nõ puſillo aĩo fiãt.⌋ Hoc ẽ, nequaq̃ ſunt ſigillatim & acriter inquirẽda, q̃ p eos geruntur. Quin potius nõnulla ſunt horꝝ facta prætereũda, ne cõtentioſi & rebelles reddãtur, & ĩ deſperationẽ aliquã ĩducãt. Aduerte q̃ prudẽter parẽtũ in liberos irã fregerit. Flexit nãq; illorꝝ uiſcera, cũ dixit: Ne aĩo fiãt puſillo, hoc ẽ, ne deſperẽt.

Nituntur enim præcipue genitores, ne animo concidant liberi.
Serui obedite ꝑ oĩa dñis carnalibus.⌋ Vt ſeruitutis admonuit, parẽdi mox prætulit æqtatẽ
Verũ ne ſuã mãcipia doleãt ſortẽ, carnalibus addidit. Aĩa nãq;, cuius de ſalute nũc agiť, potior eſt
& liberior ſane effecta. Et quia tẽporaria ẽ, & ad breue hæc ſeruitus ꝑmanſura, animũ ait ſubde
ut uolẽs ac libẽs deſeruias, & dñis ipſis obſeq̃re, & à deo mercedẽ habeas obſequẽdo.

Seruitutẽ q̃ lege obuenerit, Chr̃i timore libenť exhibere, liberi hoĩs ẽ potius q̃ ſerui
Pſal.lij.

Non ad oculũ ſeruiẽtes, quaſi hoĩbus placẽtes.⌋ Facite (inq̃t) ut quæ lege obuenerit ſeruitus,
Chr̃i timore exhibeať. Cũ enĩ herus haud quaq̃ aduerterit ſi quẽadmodũ oportet opam tuã ali-
quid agẽdo minus p̃ſtiteris: ꝑſpicuũ erit, ob dei te oculũ inſpectantẽ id agere. At ſi aſtãte dño, &
iubẽte, ea feceris q̃ ut fiãt neceſſe eſt, ut abſente nõ itẽ ꝑegeris: nunc hominibus ipſis, nõ deo geſ-
ſeris morem. Quod ſi talẽ te ipſe obtuleris, tibi officias neceſſe eſt. Deus nãq; oſſa hoĩm diſſipat
qui hominibus placent.
Sed in ſimplicitate cordis timẽtes deũ.⌋ Hoc ſane præfert, q̊d timeas deũ cũ nemine inſpe-
ctante nil praui cõmiſeris. Illud uero cordis ſimplicitatẽ, cũ hoĩm reſpectu nil egeris. Eſt ergo q
ad grãm ſeruitutẽ impendit, ut plane impurior, ita & deo nil gratus.
Quodcũq; facitis ex animo operemini, ſicut dño & nõ hoĩbus.⌋ Non ſolũ hos quauis ſimu
latione uacare uult Paulus, ſed cuiuſq; etiã negligẽtię expertes eẽ. Quin etiã liberos ex ſeruis hos
reddit, cũ nihil indigeãt dñoꝝ imperio ad rem ꝑagendã: ſed mira cũ charitate, nõ ſeruili neceſſi
tate, & libero ac uolenti animo, quæ facturi ſunt, faciant.
Scientes quod à dño recipietis mercedẽ hæreditatis.⌋ Raro dñi ſeruos relinquunt, uel ſi ab
his optime ſit inſeruitũ: ſed cœleſtis dñs ille uobis de terrenis his dñis benemerẽtibus, mercedis
loco cœlorum hæreditatem daturus eſt.
Domino Chr̃o ſeruitote.⌋ Qui. ſ. rerũ ſeriẽ, & ſeruitutẽ diſpoſuit. Q̃d aũt Chr̃o ſitis opam
p̃ſtaturi, liquet ex eo, quia ipſe ſit uobis depenſurus mercedem.
Qui enĩ iniuriã facit, recepit id q̊d inique geſſit, & nõ eſt ꝑſonaꝝ acceptio apud deũ.⌋ Seruus
enĩ q dñm, uel negligentius ſeruiẽdo, uel herilia uenditãdo fraudauerit, bonã mercedẽ à deo re-
ciperet? Non enĩ is cuiuſquã ꝑſonã diſcernit, ut ſeruũ cõmiſeratus, tanq̃ imbecilliorẽ corꝑis par
tem, miſſum faciat & inultũ relinquat: q lege cauit, nullã eẽ iu iudicio habendã pauperis rationẽ.
Vel aliter: Chr̃ianus aliq̃s q ſit ſeruituti obnoxius, ſi gentili dño, cuius ſub ditione ſit, iniuriã fe-
cerit: nequaq̃ exiſtimet iudiciũ & dãnationẽ ſe euaſuꝝ. Neq; enĩ ullius habet ꝑſonæ reſpectum
Chr̃us, ut ei q ſui ſectator ſit parcat, q̊d in gentilẽ herũ deliquerit. Hæc aũt quæ de ꝑſonaꝝ acce-
ptatione ſunt dicta, etunt ſane & ſi ad ſeruos ſunt habita, uel per dños admittenda, tanq̃ & ipſis
congruere poſſe uideantur.

Acceptio ꝑſonaꝝ nulla apud deum, q̃uo

CAP.IIII

DOmini q̊d iuſtũ eſt & æquũ ſeruis præſtate.⌋ Quæ nã illa eſt æquitas laboꝝ. ſ. ut ſer
uis remuneratio tribuať, & his abunde oĩa ad neceſſitatẽ ſuppediteń, nec ꝑmittať,
ut aliena ope indigeãt. Neq; enĩ & ſi adeo ſunt habituri mercedem, debitis erant pro
pterea fraudandi officijs.
Sciẽtes q̃m & uos dñm habetis in cœlo.⌋ Quẽadmodũ uos illi in terris in dños habent, ita
& uos deũ habetis, cuius eſt imperio obſequendũ. Quo fit, ut eadem menſura qua fueritis ſeruis
emẽſi à dño ſit uobis remetiendũ. Vel quia & uos poſt mortales hos heros, cœleſtẽ dñm ſortiti
iã eſtis, itaq; ut cõſeruis opam & ipſi p̃ſtate. Q̃ñq̃dẽ eſtis his ſimiles. Quippe q ſub unius ſitis im
perio cœleſtis. ſ. domini conſtituti. Fecit nãq; is cõmunẽ eſſe hanc omnibus ſeruitutem.

Diabolus nos ab or̃one conať abducere

Orationi inſtate, uigilantes in ea, in gr̃aꝝ actione.⌋ Callet utiq; dæmon quãtũ in ſe habeãt
boni or̃ones, eoq; & ab his deſiſtere ſuggerit. Cuius rei Paulus nõ ignarus, or̃oni (inq̃t) inſtate.
Cũq; & q ꝑſeuerantiã orãdo p̃ſtiterit in negligentiã ſæpe reſoluiť & langueſcit, uigilãtes dixit,
hoc eſt, experrecti & exciti, recẽtiores uos ſemꝑ ad or̃onis id opus p̃bete. Sed in gratiaꝝ actio-
ne, hoc ẽ, gratias agẽdo deũ precemini. Hæ nãq; ueræ ſunt preces, quas gratiæ ſubſequuntť: deo
ꝓ om̃ibus dictæ, quoꝝ nobis uel cõſcij ſumus, uel neſcij, proq; acceptis, ꝑ nos bñficijs, uel malis
etiã toleratis, ac ꝓ his demũ quæ in uniuerſum hominum genus collata ſunt bonis.
Orãtes ſimul & ꝓ nobis.⌋ Attende humilitatẽ. Num Paulus hoꝝ egebat precibus?
Vt dñs apiat nob̃ oſtiũ ſermonis ad loquẽdũ myſteriũ chr̃i, ꝓpter q̊d & uinct⁹ ſum, ut manife
ſtem illud, ita ut oportet me loqui.⌋ Hoc eſt, ut fidẽtiorẽ me faciat. Nõ ut uinculis eximar, ſed
ut Chr̃i ſic myſteriũ eloquar, ut me loq̃ oportet. Nõ remiſſe & timide, ſed ſumma cũ audẽtia &
fide. Verũ cur in uincula cõiectus apoſtolus, alios orat depoſcitq; ut ab his libereť q̃bus erat con
ſtrictus cõpedibus? Id ſane nõ mõ humilitatis gratia dep̃cať, ſed ut & uim patefaceret oratiõis q̃
cũ charitate & attẽtione à fratribus fundereť. Opus enĩ habebat cœleſti ope, quam ſibi ubertim
erat fratrũ oratio cõparatura: ſimul etiã ut eos ad orandũ induceret. Nã ſi eẽnt ꝓ Paulo p̃caturi,
quãto magis ꝓ ſe ipſis deberent precibus & uotis inſiſtere.

Ex his ꝑpẽdiť q̃ntũ valeat deꝑcatio iuſti aſſidua, & ea præcipue q̃ fit cũ gratiaꝝ actione

Matth.10
Lucæ.10

In ſapiã ambulate ad eos q foris ſunt.⌋ Idip̃m & dñs dixit: Ecce mitto uos ut oues in medio
lupoꝝ, eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut colũbæ. Q̃d & Paulus hoc loco re-
petit, cautiores dicẽtes eſtote, & ſapiẽter uos gerite, ut nullã occaſionem his detis, ut uel officere
poſſint



poſſint uel offendanť, qui foris ſunt, id eſt, uel nobis minus familiares, uel q extra noſtræ fidei au
lam diuaganť & infideles ſunt. Hi nãq; & ſi in eodẽ hoc mũdo uerſanť, quia ab eccleſia & cœleſti
imperio lõgius abſunt, foris eſſe dicunť. Propterea & ſapiẽter erit cũ his diuerſandũ. Sapiam aũt
prudentiã dicit hoc loco. Nec tñ ſic erit ab his q nobiſcũ uixere cauendũ. Conſolatur aũt hos cũ
Gentiles forenſes & exteriores appellat.
Tẽpus redimẽtes.⌋ Nõ enĩ q̃ uarios uos et uerſutos eẽ aut hypocritas uelim, hæc dixerim:
ſed ut arguã ueſtrũ eẽ, q̊dcũq; eſt tꝑis. Q̃d utiq; ẽ is optime redẽpturi ſi prudẽter inceditis, ſi nul
las ſuꝑuacaneas ſuſceperitis cõtentiões, ſi debitũ decentẽq; his honorẽ impartieritis, citra tñ aĩæ
ueſtræ iacturã, ac demũ reliq̃ officia obieritis, q̃ ſctõs decẽt. Audi & hũc ip̃m ad Agrippã dicen
tem: Beatũ meip̃m exiſtimo ꝓ te reſponſuꝝ. Sic & q foris ſunt, de his & q intus ſunt effecerim⁹,
cũ per benignitatẽ hos & manſuetudinẽ ad prædicationẽ inducimus.
Sermo ueſter ſemꝑ in grã ſale ſit cõditus.⌋ Habeat (inquit) uelim ſermo ueſter leporem, ſit
ſale cõditus, hoc eſt: Vel q̃ dei ſunt eloquať, & ſapiẽter uel lætior ſit & iocũdior, ut oblectet, & au
diẽtibus cõferat plurimũ, ſic tñ ut non in ſcurrilitatẽ uel laſciuiã recidat, ſed dignitatẽ etiã ſeruet
Vel id quidẽ prætẽdit cũ inq̃t, ſit ſale cõditus. Id eſt, ut nõ ſupra modũ in lætitiã ſit, & iocũ effuſi
or, nec prorſus ſeuerus & aſper. Quẽadmodũ eſca, ſi ſale careat inſuauior erit, nimis ſalita à guſtu
repudiať: ita ſit, ut his utriſq; ueſci nequeãt hoĩes. Nõne aduertis quẽadmodũ Daniel hoĩem im
piũ mulceat & ſoleť? Nõne & pueros illos tres cõſpicaris, nil graue aut moleſtũ fuiſſe loquutos?
ſed ueritatẽ præ ſe & cõfidentiã tulerint cũ in foueã detrudunť? Efferri itaq; & ultra quã decę-
at audere, nequaq̃ fidutiæ eſt, ſed inſolentiæ argumentum.
Vt ſciatis, q̃uo uos oporteat unicuiq; r̃ndere.⌋ Aliter nãq; opulẽto ẽ r̃ndendũ, aliter inopi.
Nã diuiti eſt p̃ animi imbecillitate indulgendũ, inops uero quia firmior ſit mẽte ſuſtinetq; ſi acri
us te illi ĩgeſſeris, magis urgẽdus ẽ. Q̃d ſi nulla cogat neceſſitas, neq̃q̃ gẽtilẽ fœtidũ dixeris & in-
quinatũ, nec illi conuiciaberis. Quin poti⁹ ſi principẽ ipſe adieris, decẽtes illi honores deferto, Si
fueris de alienis inſtitutis rogatus, inq̃natiora hæc impia dixeris. Quippe q̃ à uero lõgius abſunt
Neq; enĩ eſt tolerãdũ ut impiũ q̃s dogma inducat. Apud Atheniẽſes & Paul⁹ uel eoꝝ cũ laude,
multa diſſeruit Elyman uero cõuiciatus eſt, erat nãq; cõuicio dignus.
Quæ circa me ſunt oĩa uobis nota faciet Tychicus.⌋ Vel id eſt prudẽtiæ adſcribẽdũ, cũ nõ
oĩa epiſtolæ demãdanť, uiſi neceſſaria quædã, & quæ urgere magis uidenť. Q̃d eo fit, ne ſi lõgio
res epiſtolæ fuerint, plurima cõplectẽdo faſtidiũ pariãt, & ut aliq̃d abeũti reliquũ ſit, q̊d poſſit p̃-
ſens referre, & ei authoritatẽ parẽt. Vel his dictis ſuã Paul⁹ in Tychicũ beneuolentiã patefacit,
cũ pleraq; illi crediderit, quæ epiſtolæ minime credẽda duxiſſet. Et erant nõnulla quæ literis ex
plicari non poterant.
Chariſſimus frater & fidelis miniſter & cõſeruus in dño.⌋ Si Paulo charus, om̃ia nouit. Si fi
delis, nihil mentitur. Si conſeruus, & tentationum factus eſt particeps.
Quẽ miſi ad uos ad hoc ipſum ut cognoſcat, q̃ circa uos ſunt, & cõſoletur corda ur̃a.⌋ Hoc
loco & ſuã erga illos aperit charitatẽ, ſiquidẽ hunc ea de cauſa mittat, ut quẽadmodũ cũ illis aga
tur, intelligat. Neq; ut ſua eis renuntiet, ſed ut ſoletur. Vnde hos arguit tunc tꝑis tentatõibus af-
flictari quia conſolatione indigeant.
Cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratri q ex uobis eſt.⌋ Erat Oneſimus iſte Philemonis
ſeru⁹. Vah q̃ eſt ille ex ſeruitute ad dignitatẽ ꝓuectus, ut Pauli efficeretur & frater, nec Paulũ ſer
ui pudeat eẽ germanũ. Id uero om̃e in Coloſſẽſiũ ciuitatis laudẽ cedit, cũ qui ex uobis ẽ inquit:
Vel ut huius ꝓuectũ ſibi ornamẽto ducãt, commonefacit.
Qui oĩa quæ hic agũtur, nota faciet uobis.⌋ Hoc eſt, & uincula mea, & mala reliqua quę me
detinent. Si enim iſta abeſſent, ad uos me procul dubio contuliſſem.
Salutat uos Ariſtarchus cõcaptiuus meus.⌋ Is ſane ex Hieroſolymis ſecũ Romã cõceſſerat.
Maius quiddã uidetur hoc loco (q̃ prophetæ ipſi) Apoſtolus protuliſſe. Illi nanq; aduenas ſe &
peregrinos dicebãt, is uero captiuũ ſe noĩat. Et iure quidẽ. Nam & captiui in morẽ alio atq; alio
diſtrahebatur. Quin potius uel longe ſeruili cõditione huius ſors erat inferior. Nam ſeruos do-
mini haud ſecus quam certam aliquã, & propinquam poſſeſſionẽ procurãt, hunc uero uniuerſi
ut hoſtẽ agerẽt, & tranſuectarẽt. Videtur itaq; ex hiſce dictis Coloſſenſes ad ferẽdas tẽtationes
hortari, cum præceptor ipſe tot malis affligaretur.
Et Marcus cõſobrinus Barnabæ.⌋ Et hunc quidẽ qui ſanguine Marcũ cõtingeret, laudat.
Præſtabat enim & Barnabas fidei magnitudine.
De q̊ accepiſtis mãdata, ſi uenerit ad uos ſuſcipite illũ.⌋ A Barnaba forſitã hi bñ uiuẽdi præ-
cepta acceperãt. Vnde & eos hortatur, ut & hũc ad ſe aliq̃ñ uẽtuꝝ cũ honore ſuſcipiant.
Et Ieſus qui dicitur iuſtus.⌋ Corinthius forte hic erat genere.
Qui ſunt ex circũciſiõe, hi ſunt adiutores mei in regno dei.⌋ Cũ ꝓprias cuiuſq; laudes expli
caſſet, cões nũc narrat. Videbatur enĩ ꝑmagnũ ut q ex Iudæis fuiſſent, opam in fide uulgãda na-
uarẽt. Sed q̃m fecerat & captiuitatis iã mẽtionẽ, ne terrorem incutiat auditoribus, ſed ſubleuet

Acto.26
Sermo ſale cõdit⁹ nõ ſcurril.
Daniel.1.3.5
Alr̃ huic alr̃ illi reſpondendũ
Acto.17
Acto.13
Oneſim⁹ ſeru⁹ Philemonis
Pſal.38

potius & conſoletur: hi inquit qui ex circuncifione ſunt fideles effecti, hoc eſt, ex Iudæis redditi Chriſtiani, in his me iuuant quæ ad cœleſte ducunt imperium. Ita fiet, ut qui huius mecum ſunt ſeruitutis participes, & regni cœloꝝ partem ſint habituri.

Qui mihi fuerũt ſolatio.⌋ Arguit hoc loco, & ſe plurimũ afflictari, & hos ipſos eo excellere, q̃a ſibi attuliſſent ſolamẽ. Aduerte aũt queadmodũ & cęteros q malis uexent ſolatus, pticipes ſecũ regni cœleſtis futuros pdicet. Idipmq́ꝫ ſibi hoc uẽdicare, q mala p Chr̃o ppetiant.

Salutat uos Epaphras, q ex uobis eſt ſeru⁹ Chr̃i.⌋ Et in principio epiſtolæ uirũ hũc & hoc loco cõmendat, hortaturq́ꝫ Coloſſenſes, ut huic amoris repẽdãt uiciſſitudinẽ, audiãtq́ꝫ piocũde docentẽ. Confert em̃ diſcipulis plurimũ authoritas pręceptoris, ut cui & facile pareãt, & fidem præſtent. Summa autem huius eſt laus, cum Chriſti dicitur ſeruus, & Coloſſenſibus cedit ad gloriam, cum tanti ſit, qui ex eis ſit oriundus.

Semp ſollicitus p uobis ĩ orõnibus⌋ Nõ ſolũ (inqt) p uobis is orat, ſed ueſtri gr̃a & anxius ẽ & trepidat. Neqꝫ ſolũ hoc tpe, ſed continue curis his angitur.

Ut ſtetis pfecti⌋ Tacite ilios mordet, & impfectiõis pinde arguit, q adhuc in eo de angelis, q̃d diximus dogmate, claudicarẽt. Et quia cõcedi põt, ut & ſi pfectionẽ ſit quiſpiã aſſecutus, perſtare tñ in ea diutius nequeat, Sicuti cũ quis oĩm teneat reꝝ cognitionẽ, nec tñ firmus & ſtabilis maneat: idcirco ut ſtetis inquit perfecti, in dogmate. ſ. & uita.

Et pleni in om̃i uoluntate dei.⌋ Hoc eſt, ut dei dũtaxat, non hominũ exequamini uoluntatem. Id nanqꝫ prætendit, cum pfecti inquit eſtote & pleni, arguitq́ꝫ Coloſſenſes partim hiſce in rebus abundare, partim egere.

Teſtimoniũ em̃ illi phibeo, ꝙ habet multũ laborẽ p uobis, & p his q ſunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.⌋ Rem utrinqꝫ amplificat, & cũ Epaphra exprimit deſiderij magnitudinẽ, & Laodicẽſibus & Hieropolitanis cõmendatiorẽ hũc facit. Erãt em̃, plecta epiſtola, oĩa cogDituri, quę de Epaphra illo ſcripſiſſet Apoſtolus.

Lucas Salutat uos Lucas medicus chariſſimus.⌋ Lucas hic ille, ut arbitror ẽ, q græce euãgeliũ ſcripſit. Et magnã q̃dẽ ex eo uẽdicat laudẽ, q̃d à Paulo in numero ſit amicoꝝ, & chariſſimus nuncupet. Nõ em̃ & ſi poſtremo de hoc faciat mẽtionẽ, eius ĩminuit laudẽ. Sed eo id egit, ut Epaphrã apud cõciues ſuos extollat. Vel forte erat & alius quiſpiã idipm nomen ſortitus.

Et demas.⌋ Demas hic nondum ut apparet, reliquerat præceptorem.

Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ.⌋ Aduerte quemadmodum hos fraterno hoc nomine charitate connectat.

Et Nymphã, & q̃ in domo ei⁹ eſt eccleſiã⌋ Egregius ſane uir iſte erat, q & domeſticos oẽs fideles haberet, & ita, ut eccleſia eius domus appellaret. Et ideo Paulus huic pcipue ſalutẽ impartit, gratificaturq́ꝫ, cũ eius familiã eccleſiã nũcupat. Quod eo facit, ut & alios ad hũc imitandũ inducat, perinde & ſi ipſi honoris ſint cupidi, Nymphã hunc imitentur.

Cum lecta fuerit apud uos epiſtola hæc, facite ut & in Laodicenſium eccleſia legat, & ea quæ Laodicenſiũ eſt, uobis legat.⌋ Videre uideor fuiſſe nõnulla Coloſſenſibus à Paulo ſcripta, quæ ut Laodicẽſibus innoteſcerent, neceſſariũ erat. Et cõtra: Coloſſenſibus ipſis paterent, q̃ Laodiceæ ciuibus fuiſſent per literas ſignificata. Vtriqꝫ nãqꝫ apoſtoli ſcriptis caſtigabant, in quibus eo plurimũ inerat utilitatis, quia hoꝝ ſinguli propria erant uitia recognituri. Quæret aliqs: Quæ

Epiſtola Laodicenſium, prima eſt ad Timotheum nam illa fuit ad Laodicenſes epiſtola? Ea nimiꝝ quæ ad Timotheũ prior cõſcripta eſt. Hãc nãqꝫ ex Laodicea trãſmiſit Apoſtolus. Tametſi dicant nõnulli, ad Paulum priores ſcripſiſſe epiſtolã. Vtrum uero res ita ſe habeat, aut ſecus mihi nil conſtat. Qui em̃ poterat fieri, ut proprijs literis Laodicenſes proficerent.

Et dicite Archippo.⌋ Cur em̃ huic nullas dederat lr̃as, ſed p nuntios mãdata ſignificabat? Forte quia minus erat huic literis opus, q uel paucis & exilibus monitis indigebat.

Vide myſteriũ quod accepiſti in dñ o, ut illud impleas.⌋ Vbiqꝫ, cum uide inquit Apoſtolus, terrorẽ incutit quẽdam, ut alibi: Videte ne quis uos ſeducat, & ſæpe alias in eandẽ hoc uerbo ſen-

Ephe.v Supra.2 tentiam utitur. Sic & hoc loco, uide (inquit) ut opus impleas, quod in dño accepiſti, hoc eſt, per

Vide ꝛ videre apud Paulum quomodo? dñm. Ille nanqꝫ id tibi negotij demandauit, non ego. Veꝝ quod nam illud erat myſterium? Vt Coloſſenſibus ipſis proſpiceret. Duo autem quædam hoc loco molitur, cum dicit in dño. Nam & Archippum facit ſolertiorẽ ad opus dñi exequendũ, & Coloſſenſes reddit Archippo morigeros, ut qui illi à dño ſint in curã iam traditi. Cæteꝝ idcirco illis iniungit, ut præceptori Archip-

Archippus. po denuntiẽt, ut cũ ab Archippo fuerint acerbe increpati, ne illũ queãt acrimoniæ huius inſimulare, cũ minus ignorẽt Pauli iuſſu ſe caſtigari, & ipſimet Pauli mandata detulerint.

Salutatio mea, manu Pauli.⌋ Vt impartitã ſalutẽ faciat firmiorẽ, & ut eius mãdata corroboret, propria manu ſcripſiſſe hæc ſe confitetur.

Memores eſtote uinculoꝝ meorum.⌋ Hoc eſt, mei ſit apud uos recordatio, qui & uinculis hiſce aſtringor, & condemnatus ſum, Ingens ſane illis cum afflictãtur eſt conſolatio Pauli reminiſci, uincti, & condemnati.





Gratia dñi Ieſu Chr̃i uobiſcũ, Amẽ.⌋ Si uobis, inqt, præſto hæc gr̃a fuerit, ſiue preſſuræ affligent, ſiue ꝑpediant cõpedes, & carcer coerceat, nil poterũt hæc uobis obeſſe. Nã & uobis p grãm cõceſſa ſunt uincula. Reuertebant em̃, inquit, a cõcilio gaudẽtes diſcipuli, qm̃ digni habiti ſunt pro Chr̃i noĩe iniuriã pati. Vides queadmodũ in grãm cõcedat iniuria, ita quidẽ, in dignitatẽ hæc potius transfertur & grãm. Vellẽ equidẽ & nobis, quãuis indignis, eiuſmodi grãm poſ ſe cõtingere, & tũc maxime, cũ aduerſis affligimur: ut p eam noſtra fragilitate firmata, q̃ minus proſpera offerũtur cũ ingentẽ delictoꝝ noſtroꝝ molẽ calcauerint, ad cõmodũ cedant, Qua ex re tam pater ipſe, q̃ filius q̃ ſpũs ſanctus perpetuam gloriam aſſequãtur. Amen.

Iniuria cedit ĩ gratiam. Acto.v.

ARGVMENTVM IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES.

¶Theſſalonicẽſes ſunt Macedones, qui accepto uerbo ueritatis, pſtiterũt in fide, etiã in perſecutiõe ciuiũ ſuoꝝ. Præterea nec receperũt falſos apoſtolos, nec ea quæ à falſis apoſtolis dicebãtur. Hos collaudat apoſtolus, ſcribẽs eis ab Athenis p Tychicũ diacõnũ, & Oneſimũ acolytũ.

## IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES THEOPHYLACTI PROLOGVS.

THeſſalonica Macedoniæ ciuitas eſt, & eius regionis Metropolis, è qua & Theſſalonicenſes ſunt dicti. Hi igitur ubi Chriſti fidẽ exceperãt, in ea ſtabiles permanebant. Et ita, ut nec ullis preſſuris, nec pſeudoapoſtoloꝝ ſuaſu, a Chriſtiana religione & ueterioribus poſſent decretis auerti. Tametſi eſſent inter hos & curioſiores quidã & otioſi, qui de reſurrectione haud ſatis eſſent inſtructi, & de caroꝝ amiſſione nimio dolore efficerentur. Nonnulli ꝑterea & fornicationibus dediti. Hos itaqꝫ caſtigat apoſtolus. Perfectiores uero cõmonefacit, ne cedant aduerſis, & falſis apoſtolis nil fidei præſtent, & alios corrigant.

CAP.I.

PAulus & Syluanus & Timotheus.⌋ Ad Theſſalonicenſes ſcribens apoſtolus, Timotheũ ſibi & parẽ facit, & comitẽ parat. Secus tñ cũ ad Epheſios ſcribit, tãetſi his erat Timotheus notior. Mihi uero uidet, quia propediẽ erat Timotheũ ad hos dimiſſurus, eo & ſuperuacaneũ uiſum, ut & illũ diceret ſecũ una epiſtolæ authorẽ, qui ad hos eſſet paulo poſt cõceſſurus. Hic uero aliter agit. Nã et nuper ad ſe ex Theſſalonica ille redierat: unde & merito hũc ſibi in ſcribẽda epiſtola & ſociũ profitet, quia Theſſalonicenſibus primũ profuiſſet, apud quos authoritate ualeat non mediocri. Præponit aũt Timotheo huic Syluanũ, uel id forſitan Timotheo hoc flagitãte, ut qui præceptoris uegia ſequeret, q & ſibi pares diſcipulos faciat. Nec præterea hoc loco uel ſe pro eius cõſuetudine apoſtolũ profitet, uel Chr̃i ſeruũ, q̃a recẽs erãt Theſſalonicenſes ad fidẽ inſtructi, necdũ fuerant apoſtolũ ſatis periclitati. Vnde ſuperuacuũ erat, ut ſuæ dignitatis faceret mentionem.

Cur ſe apoſtolum non profiteatur Paulus ad Theſſalonicenſes ſcribens

Eccleſiæ Theſſalonicenſiũ.⌋ Et ſi perpauci erant ex his qui fidem exceperant, in ea nondũ admodũ obfirmati: tamen & hos eccleſiam dicit, ut ſaltem hoc nomine conſoletur.

In deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.⌋ Cum em̃ & Iudæorum & gentilium eccleſiæ, ut hanc a Iudaicis ſegregaret, in deo patre dixit. Eſſe nanqꝫ in deo ſumma eſt dignitas. Quicunqꝫ em̃ peccati eſt ſeruus, in deo non permanet.

Gratia uobis & pax.⌋ Gratiam his comprecatur & pacem, ut diuinis in donis magis ac magis proficiant, pacemq́ꝫ aſſequantur nil inuicem ſuperbientes.

Gratias agimus deo ſemp pro oĩbus uobis.⌋ Ab eoꝝ mox laude principiũ ſumit. Cũ enim deo pro his gratias agit, oſtendit a ſe ea iã eſſe peracta, q̃bus & deo poſſint gratiæ agi, & laudib⁹ idẽ ille efferri, cuius munere hi rectiora peregerint. Simul & ad humilitatẽ hos inſtruit, cum arguat cuncta deo eſſe, non nobis mortalibus aſcribenda.

Memoriam ueſtri facientes in orationibus noſtris.⌋ Gratiæ deo ex bonis operibus referuntur, inter precandum nanqꝫ cuiuſpiam reminiſci, charitatis eſt argumentum.

Sine intermiſſione.⌋ Non modo, inquit, cũ preces ad deũ fundimus repetimus nos ueſtri memoriã, ſed & alias ſemper. Quod utiqꝫ demonſtrat ſummã in hos apoſtoli beneuolentiam.

Memores operis fidei ueſtræ.⌋ Hoc eſt, cõſtãtiæ ueſtræ in fide ſuſcepta. Illud nãqꝫ uerius ẽ fidei opus, cũ ſtabiles in fide perſtamus, nõ uerbis dũtaxat fidẽ iactaræ uel gloriæ ducere.

Et laboris & charitatis.⌋ Quid em̃ habet in ſe amor laboris? Qui lẽtior eſt & frigidior? Nihil. At qui uerus & ardens, haud dubie plurimũ. Nã cũ eius quẽ colimus gratia, oĩa toleramus, q̃ pacto nõ ſummus erit hic labor. Theſſalonicenſes uero, q̃ multa ſunt pro eoꝝ in Paulum charitate perpeſſi, ſicuti ex apoſtolorum geſtis poteris certior fieri.

Et ſuſtinẽtiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti.⌋ Diutius, inqt, ac multũ tẽtatiõibus afflictati, toleranter oĩa pertuliſtis. Quod eſt eo effectũ, quia certior uobis de futuris & præmijs aſſeruatis

ſpes erat. Vos uero deus initio tentari permiſit, ne quiſquã aſſereret adulationibus & uerborũ lenocinijs, euangelij prædicationem conſtare. Et perſpicuũ fiat, non humanis perſuaſionibus ullis, ſed diuina uirtute animas eſſe ad fidem & ſalutem traductas.

*Non perſuaſionibus, ſed diuina virtute ad fidẽ traducimur*

Ante deũ & patrẽ noſtrũ.⌋ Duplici poteſt id ſenſu cõprehẽdi. Vel q̃a (perinde ac ſi inq̃t) in dei conſpectu & patris noſtri uos ipſi cõmemoramus, uel quia operũ fidei reminiſcimur, quæ deo coràm ſunt cõſtituta. Tanq̃ id dicat, nolite exiſtimare fruſtra & ſine ulla mercede uos hæc factitare, quin potius omnia ſunt diuinæ maieſtatis illius expoſita oculis, quæ & uobis pro hac tolerantia & ueſtris optimis actionibus, mercedem dependet.

Scientes fratres dilecti, à deo electionẽ ueſtrã.⌋ Eo inq̃t ueſtri memoriã facimus, q̃a certo cimus, à deo uos eſſe electos. Eſtis nãq; ſupra multos ad fidem ſepoſiti. Verum unde id liquet, ſi dixeris, audi quæ ſubſequuntur.

Quia euangeliũ noſtrũ non fuit ad uos in ſermone tantũ.⌋ Ex eo uos inquit, perſpicuũ eſt fuiſſe electos, quia deus meã ad uos prædicationẽ eſt uel gloria proſecutus. Non eñ ſimpliciter euãgeliũ prædicauimus, ſed & ſigna ſunt & miracula ædita: cũ deo eſſet id optime placitũ, ut fidẽ ipſi exciperetis, tanq̃ electi ab eo & ad fidem prædeſtinati.

Sed & in uirtute.⌋ Hoc ẽ, in ſignis q̃ ad grati animi ſunt bñficiũ facta, & ad ĩgrati tormẽta.

Et in ſpiritu ſancto.⌋ Vel quia in ſpiritali, nõ exteriori & humana ſapientia. Vel quia ſpiritus ſanctus fuerat credentibus datus.

*Ut ſigna & inſpiratio confirmãt fideles, ſic qui prædicantibus inferuntur angores, fidem aſtruunt.*

Et in plenitudine multa.⌋ Hoc eſt, q̃ per malorũ & preſſurarũ tolerantiã affertur. Nã quẽadmodũ ſigna, & ſpũs ſancti ſubminiſtratio, ad fideliũ animos cõfirmãdos fiebãt: ſic & prædicãtibus q inferũtur angores, p̃dicationis aſſerendæ, certiora ſunt argumenta.

Sicut ſcitis q̃les fuerim⁹ ĩ uobis ꝓpter uos.⌋ Vos, inq̃t, ea ĩ re teſtes depoſco, quẽadmodũ me erga uos geſſerim, utq; multa animi prõptitudine p̃dicãdi ſimus defuncti hoc munere, uel id ſane & uñi eſt grã factũ. Nã cũ electos uos eẽ ſciremus, eo ĩ uobis ad fidẽ formãdis ſtudiũ omne cõtulimus. Quis eñ pro his q dei ſunt charitate dignati, nõ labores ſubierit & tormẽta? Hic præterea uel ſuas laudes, & ſi adumbrate, attingit: cũ hos tñ uelit prius laudando efferre.

Et uos imitatores nñi facti eſtis & dñi.⌋ Hos q̃dẽ & laudãdo & monẽdo corroborat, inquiens eos nequaq̃ ſibi eẽ p̃icula ſubeũdo ĩferiores. Vah q̃lis illa & q̃ta ẽ laus, cõfeſtim imitatores eſſe effectos. Nec huius mõ, q̃n & dñi Ieſu. At q̃nã pacto hi ſunt dei iã redditi ſectatores? Quia & ille mala plurima tolerãs gaudebat, & his ultro ſe offerebat, & enixe adeo, ut huiuſmodi patrem

*Johan.xvij.*

alloqueretur, Glorifica me pater.

*Acto.xvij.*

Excipiẽtes uerbũ in tribulatiõe multa, cũ gaudio ſpũs ſancti.⌋ Nõ eñ ſolũ cũ p̃ſſura & malorũ tolerãtia hi uerbũ exceperãt, ſed cũ moleſtiarũ diuexationũq; etiã magnitudine: hoc ẽ, ſummo diſcrimine. Q̃d utiq; poteris uel ex ipſis apoſtolorũ actis ediſcere. Has uero p̃ſſuras ſiue pericula læti excipiebãt. Interpretat̃ p̃terea q̃d ſit in tribulatiõibus & anguſtijs ipſis lætari & gaudere, aitq;. Cũ ſpũs ſcti ĩocũditate. Neq; eñ ſpũs dolere uos ſinit. Nã & ſi corpa dolor excruciaret, p ſpm̃ tñ aĩo gaudiũ & ſuauitas ĩdebat̃. Nã quẽadmodũ cõſtat p ſpm̃ ĩ medijs flãmis tres pueros

*Danie.4.*

illos rore fuiſſe afflatos & ĩtactos ab igne mãſiſſe: ſic ſpũs idẽ, in uitæ diſcrimine, cũ caro excruciat̃, lætiores nos reddit, & gaudio explet, cũ bona illa nobis in mercedẽ futura, uiſenda ꝓponit. Aduerte aũt nũc fieri quẽpiã dñi ſectatorẽ, cũ diſcrimina & mala tolerat, cũ ſpũs & aĩ hilaritate.

*Qui cũ animi hilaritate mala tolerat dominũ ſectatur.*

Ita ut facti ſitis forma oĩbus credẽtibus, in Macedonia & in Achaia.⌋ Atqui poſtremo ad hos Paulus uenit. Inq̃t itaq;, adeo uos claruiſtis ex uirtute, ut eos q me p̃uenerũt, uos ĩſtruxeritis Paulũ uero in hoc illi ſunt imitati, q̃a cũ cæteris poſterior fuiſſet apoſtolis, hos tñ lõgo interuallo exceſſit. Vide ut nõ formã dixerit credituris hos fieri, ſed credentibus iã formam exhibuiſſe, quẽadmodũ ſcilicet credendũ ſit. Et quia cũ animi quodã ardore, & periculo adeundo ſumma cum promptitudine. Achaiam autem Græciam dicit.

A uobis eñ diffamatus eſt ſermo dñi.⌋ Hoc ẽ, de uña uirtute fama plata effecit, ut euangelij prædicatio eſſet oĩbus audita celebris. Vt uos ipſi tanq̃ cunctorũ eruditores argueremini. Diſſonuit aũt, ad tubæ metaphoram dixit, quæ ſonorũ clangore, auditum excitauit.

Nõ ſolũ ĩ Macedonia & Achaia, ſed & in oĩ loco fides uña, q̃ ẽ ad deũ, ꝓfecta ẽ.⌋ Macedonia q̃dẽ, inq̃t, & grã ſermõe p uos, & doctriæ uñæ exẽplo repleta ẽ. Et q̃d miraculi ẽ loco habendũ, tã breui p oĩa loca tãtum fidei diſſeminaſtis. Nec ſecus de horũ ꝓfectu & fide diſſeruit, q̃ de aĩata re aliqua diſſeruiſſet, cũ eã adſtruit & perfectã fuiſſe peragraſſeq;, & eſſe iam diuagatam.

Ita ut nõ ſit nob̃ neceſſe q̃cq̃ loq.⌋ Adeo, inq̃t, uehemẽs ẽ, & tã celeberrima fidei uñæ iã fama, ut nec me laudes uñas predicaturũ fideles expectẽt. Quin q̃tiẽſcũq; dicere de uobis aliq̃d cœpim ut & illos uos laudãdo ad fidei ardorẽ traducã, me ipſi p̃ueniãt, ut uñas uirtutes priores enarrẽt.

Ipſi eñ de uobis annũtiant, qualẽ introitum habuerimus ad uos.⌋ Cũ mea ad uos ꝓfectio mortes uobis uel infinitas cõminaret̃, nil tñ ob id uos eſtis offenſi. Quin potius cũ nñi grã in uitæ diſcrimẽ cõcideretis, nec nos ſic q̃dẽ auerſi, ſed ita eſtis tutati, ut ob ueſtrũ id in me ſtudiũ, innu-

*Acto.xvij.*

meris ſitis bonis cœleſtibus fruituri. Secũdo nãq; ad hos diuertit apoſtolus, cũ in Iberiã ꝓfectus repulſusq;



repulſusq; Theſſalonicam iterato ueniſſet. Et a Theſſalonicenſibus ita ſuſceptus, ut ſui gratia, eorum uitam morti obtulerint.

Et quomõ cõuerſi eſtis ad deũ, à ſimulachris ſeruire deo uiuo & uero.⌋ Hoc ẽ, facilis admodũ & uehemẽs hæc uña fuit ad Chriſtũ defectio. Monitis deinceps & minus moleſtis eos cõmonefacit, a q̃bus, & ad quã ipſi deſciuerint & demigrarint, & uitã ut ducãt hortat̃, q̃ deo ſit digna.

Et expectare filiũ eius de cœlis, quẽ ſuſcitauit ex mortuis Ieſum q eripuit nos ab ira uẽtura.⌋ Vel id quidẽ eadẽ breuitate exequit̃. Edocet nãq; ſub ſpecie q̃dã narratiõis, ut dei filiũ operiant̃. Id nãq; uel eos maxĩe cõſolat̃, q opprimunt̃. Eripuit aũt nos ab ira uẽtura, hoc ẽ a cruciatu & pœnis, ut q illi per fidẽ mortẽ geſſerimus, & optimis uitæ labe carentis actionibus, nec illis quidem hic daturus eſt ueniam, qui nos oppreſſere. Et quoniã mala in manibus ſunt, bona uero ſepoſita maximã illis fidẽ teſtificat̃: Siquidẽ tolerãdo, pro certis ſperant & indubitatis futura.

## CAP.II.

*Magnũ fidei ſtabilimentum quæ ab infidelibus inferũtur mala non timere.*

NAm & ipſi ſcitis fratres introitũ noſtrũ ad uos, q̃a non inanis fuit.⌋ Et noſtra, inq̃t, permagna ſunt, tãetſi nos nec uerbis ſimus hũanis uſi, nec noſter introitus ſuperuacaneus fuerit: hoc eſt, nõ expers diſcriminis, nec moleſtiarũ immunis, aut nõ multũ habens firmitatis. Nã (ut ſæpe dictũ eſt ſupra) ædita pericula ſunt, q̃ fidẽ obfirmant. His eñ ſublatis, inanis illa & ſuperuacanea conuinceretur.

Sed ante paſſi multa, & cõtumulijs affecti (ſicut ſcitis) in Philippis fiduciã habuimus in deo nñ̃o loqui ad uos euangeliũ dei in multa ſolicitudine.⌋ Et ſi pericula, inq̃t, in Philippis euaſim⁹ alijs rurſum nos ipſos obiecimus. Vides ut ſemp geſtorũ omniũ deo ſummã adſcribat. Fiduciã eñ inquit habentes in deo, hoc eſt ab eo & uires & robur accepimus.

Exhortatio eñ nña nõ de errore.⌋ Hoc eſt, nña doctrina nõ a fallẽdi arte aliqua proficiſcit̃ Qui eñ fallacijs alios circũueniunt, plane cõſtat nunq̃ ſe periculis obtuliſſe, ſed in delicijs uerſari & luxu. Ipſe uero in diſcrimen me cõtuli. Quo ſit, ut clare pateat, neminẽ me docẽdo circunueniſſe: nec pro rebus hiſce hũanis, ſed pro cœleſtibus illis & certioribus periclitari uoluiſſe.

Neq; de immũditia.⌋ Hoc eſt, nihil edoceo q̃d ſit impurũ, ut magi faciunt, & uenefici.

*Nume.16 Deut.11.*

Neq; in dolo.⌋ Neq; rerũ nitor innouatione & ſectis, ut hi qui circa Dathan ſunt.

Sed ſicut probati ſumus a deo, ut crederet̃ nobis euangeliũ, ita loquimur.⌋ Neq; enim nos elegiſſet deus, niſi & dignos nouiſſet. Tales igitur & in ea probatione perſtamus, qua & ſumus ab eo ad tam ingens præconium ſegregati.

Non quaſi hominibus placẽtes, ſed deo qui probat corda noſtra.⌋ Hoc eſt, Nõ uobis placendi hæc gratia facimus, ſed ut deo morẽ geramus, q ſcrutat̃ recõdita diſquiritq;. Id nãq; p̃tendit, cũ probat inquit. Vel quia cordiũ ſenſa ille admittit, coronatq;. Quo ſit, ut nemo qui dolis nitatur & impurior ſit, huic poſſit gratificari.

Neq; eñ aliquãdo fuimus in ſermone adulatiõis ſicut ſcitis.⌋ Cũ horũ & laudes anticipaſſet, ne illas reddat ſuſpectiores, perinde aſſentandi gratia has ingeſſiſſet: neq; ante hac alias, inquit, adulationis ſum uſus ſermone, quod deceptorũ eſt, & fallentiũ, neq; nunc utar.

Neq; in occaſione auaritiæ, deus teſtis eſt.⌋ Neq; pecuniarũ cupiditate apud uos p̃dicandi hoc munere ſumus defuncti. Quo aũt nihil nos prætulerimus aſſentando, ueſtrũ ſat eſt teſtimoniũ. Quod uero nulla mihi inſit habendi libido, teſtis eſt deus, ſed uobis incertum.

*Solus deus interna dijudicat*

Nec q̃rentes ab hoĩbus gloriã, neq; a uobis, neq; ab alijs.⌋ Neq; eñ, q̃a ſumus ignominijs dixit affecti, uel honorib⁹ min⁹ nos freti, ne exprobrare hoc his uideat̃: ſed nullos, inq̃t, ab hoĩbus honores exigim⁹, uel gloriã, tãetſi gloriã uideat̃ & honorẽ p̃dicãdi hoc mun⁹ depoſcere. Nã & ſi maximis ĩperatoris legatos, cuius gerũt pſonã, dignamur honorib⁹: lõge magis ſunt & hi ꝓſequẽdi, q ad nos a deo legant̃. Quo igit̃ pacto gloriæ uẽdicãdę facere quicq̃ uidebimur, q nec a uobis uelimus, nec ab alijs, ſub doctrinæ & inſtructiõis prætextu, honore aliq̃ honeſtari?

Cum poſſemus uobis oneri eſſe, ut Chriſti apoſtoli⌋ Vel q̃a & nobis licet apud uos gloriã adipiſci, uel quia a uobis accipere poſſumus alimenta, & graues eſſe: cũ noſtra id dignitas depoſcat, ut a uobis ad uitã neceſſaria exigamus.

Sed facti ſumus paruuli in medio ueſtrũ.⌋ Id eſt, benigni, nil graues. Vel paruuli, id eſt, immunes nequitiæ, nec gloriæ cupidi. Qui eñ tantula ſunt ætate, nil hmõi meditantur. In medio ueſtrũ, hoc eſt, tanq̃ ex uobis unus effectus, nondũ ſuperna accepta hæreditate.

Tanq̃ ſi nutrix foueat filios ſuos.⌋ Eius nũc exprimit in hos beneuolẽtiæ magnitudinẽ, inquiens. Nũ nutrix aliqua pueris minutioribus eo blanditur, ut ab his pecunias exigat? Decet ergo & præceptorẽ benignũ his & beneuolũ ſe p̃ſtare, quos uel cõtumaces ſit nactus, ut nutrix ſolet in alumnũ ſe gerere, uel ab eo ſi uapulet lacereturq;

Ita deſiderãtes uos cupide, nos uolebamus tradere uobis nõ ſolũ euãgeliũ dei, ſed etiam nñas aĩas.⌋ ἱμειρόμενοι dixit, q̃d græce rectius ὁμειρόμενοι habet, quãuis nõnulli ſic ſentiãt, nec recte. ὁμειρόμενοι nãq; ex ὁμοῦ cõpoſitũ eſt & εἴρω, quod eſt necto: ὁμειρόμενοι itaq;, hoc, uobis cõnexi & inhærẽtes. Nõ ſolũ igit̃, inquit, nihil ipſi a uobis accepimus, ſed ſi fieri poſſit εὐδοκοῦμεν, hoc eſt, ualde uolumus uel animas noſtras in uobis euacuare effundereq;. Tradere aũt euangeliũ, hoc honora-

honoratius: animã uero largiri, difficilius, & feruẽtis ẽ amoris indiciũ: q̊d & Paulus ita ſubiũgit.

Quoniã chariſſimi nobis facti eſtis.⌋ Ne uideat̃ hæc oĩa eo exigere, qa pro his ſuſcepiſſet labores, appareretq́ tanq̃ debitos ſibi honores repoſcere: ſic inquit. Nullius rei cauſa, niſi ut uobis tantũ prodeſſem, id egi. Neq; ut mercedẽ efflagitem, ſed ut quod bonũ eſt, proſequar.

Memores em̃ eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis, nocte & die operãtes, ne quẽ ueſtrũ grauaremus, prædicauimus in uobis euangeliũ dei.⌋ Nõ em̃ reminiſcamini dixit beneficiorũ q̃ uobis cõtulerim, ſed laboꝝ memores eſtis effecti. Neq́ hoꝝ dũtaxat, quin & defatigatiões & laſſitudines recordemini, quibus nõ interdiu ſolũ, ſed & noctu inſudando affectus ſum. O quanta inerat Paulo ne quẽ offenderet, ſolicitudo. Arguit ꝑterea Theſſalonicenſes nõ multũ bonis externis his abundaſſe: cũ inquit, ne quem ueſtrũ grauaremus.

Vos teſtes eſtis, & deus.⌋ Et ſi fides deo eſt adhibenda, tñ cũ nequaq̃ hoĩbus pateat, utrum hæc dei teſtimonio cõprobent̃: & ipſos ad quos ſermo habetur, teſtes uocat.

Quã ſancte.⌋ Hoc ẽ, oĩa factu neceſſaria, ſeruatis mõ erga deũ pietate & cultu, adimplẽtes.

Et iuſte.⌋ Hoc eſt nemini pecunias flagitando, inferentes iniuriam.

Et ſine querela.⌋ Abſq́ cuiuſquam offenſione.

Vobis qui credidiſtis adfuimus.⌋ Ab infidelibus Paulus, & irreligioſus appellabat̃ & impius, & iners quidã deliramentoꝝ proſeminator, & tanq̃ qui nihil ſani profiteretur.

Sicut ſcitis.⌋ Rurſum hos in teſtes producit, quod ſane eſt humilitatis indicium, & nil eum per inſolentiam loqui.

Magna doctoris commendatio, qui prout cuique opus eſt ſermonem accommodat.

Qualiter unũquẽq́ ueſtrũ, ſicut pater filios ſuos deprecantes uos & cõſolãtes.⌋ O quãti res erat neminẽ cõſolationis expertẽ præterire, ſed ſingulos accõmodatius appellare, hortariq́ & precari. Deprecantes uero ut uiriliter oĩa tolerarẽt. Nõ ergo gloriã quærebat apoſtolus, quippe qui ſuperius nutrici ſe cõparaſſet, nũc patris charitatẽ præferat & curã, cũ humilitate ſuſceptam. Quis em̃ parens aliquando in filios inſoleuit?

Teſtificati ſumus⌋ Eſt quidẽ teſtificari ulterioris doctrinæ argumẽtũ. Nil ergo Paulus adulabat̃, cũ abunde inſtrueret. Cum uero ut pater prædixit, mox & teſtificati adiecit, perinde ac ſi dicat: Nequaq̃ acrius uos cõmonefeci, ſed leniter, & ut ſolent parentes.

Vt ambularetis digne deo, q uocauit uos in ſuũ regnũ & gloriã.⌋ Attende quẽadmodũ ſub ſpecie quadã narrationis edocet ſimul & conſolatur, ſic inquiens. Si em̃ uos ad ſuũ imperiũ euocat deus, ſunt haud dubie uobis eius gratia omnia toleranda.

Ideo & nos gratias agimus deo ſine intermiſſione, qm̃ cũ accepiſſetis a nobis uerbũ auditus dei, accepiſtis illud nõ ut uerbũ hominũ, ſed ſicut eſt uere, uerbũ dei.⌋ Hoc loco & ipſos collaudat, inquiẽs. Neq́ em̃ uel ipſi cũcta ſine querela exequimur, uel uos meæ cõuerſatiõis & diſciplinæ indignũ argumẽtũ aliq̊d ediſtis & ſignũ. Nõ em̃ tanq̃ hominẽ audiretis loquẽtẽ, ſed attẽtos uos ꝑbuiſtis, tanq̃ deo monẽte. Verbũ aũt auditus dei, prædicationem dicit, utpote q̃ audiendo

Roma.10. creditur. Nam quo pacto ſunt credituri, niſi & auditu percipiant.

Qui operat̃ in uobis, qui credidiſtis.⌋ Quæret aliquis, Vnde id liquet, hos hominis uerbũ excepiſſe? Vt q operatur (inquit) in uobis, hoc eſt, ex ipſis operibus patet. Nã ſi non eadem attẽtione audiſſetis me prædicantẽ, qua & deũ, ſi in præſenti id muneris fungeretur: nequaq̃ cõſtanter à deo & uiriliter tuliſſetis tentationes & mala illata. Vt em̃ ſe neq; aſſentatorem eſſe, neque fallacem ex diſcriminum tolerantia patefecit: ſic horum & fidem, quia preſſuras fortiter & anguſtias tulerint, demonſtrauit.

Vos em̃ imitatores facti eſtis frẽs eccleſiaꝝ dei, q̃ ſunt in Iudæa in Chr̃o Ieſu.⌋ Vt ne qs ec-

Eccleſia. Synagoga. cleſias haſce Iudæoꝝ exiſtimet ſynagogas, & ĩ Chr̃o Ieſu adiũxit, ut fideliũ eccleſias deſignaret

Quia eadẽ paſſi eſtis & uos à cõtribulibus ueſtris, ſicut & ipſi à Iudęis.⌋ Plurimũ ſane ad hos cõſolandũ hoc facit. Si em̃ Iudæi qui tantopere paternaꝝ traditionũ zelo detinerentur, quia ſemel crediderint, ſunt tanta perpeſſi: quanta & uos magis oĩa ferre pro Chriſto, ſuſcepta iam fide, debetis? Proinde nec quidem exile, id eſt, uel tenue argumentum, uera à nobis prædicari, nõ falſa: cum & Iudæi prædicationis huiuſce gratia, quam antea impugnaſſent, tot malis affecti, æquo tamen animo omnia tolerarint.

Qui & dñm occiderũt Ieſum.⌋ Quid ergo miꝝ debet uideri, ſi eos q ſecũ una eſſent ex tribu hi afflixere: cũ & Ieſum dñm morte affecerint? Vide q̃ ingens ſit cõſolatio Chriſti paſſionum fieri participes. Et ideo Paulus uel in oĩbus ſuis tẽtationibus Chriſti profert exemplum.

Et proprios prophetas.⌋ Dixerint forte nõnulli, Ideo illos Chriſtum dominum occidiſſe, quia hunc ignoraſſent. Nonne & ſuos norant prophetas: quoꝝ ipſi uel ſcripta producunt: cur ergo & hos necauere? Eſt itaq; plane perſpicuum, nil hos facere ueritatis ardore: ſed tanquã rabidos in feritatem hanc deferri præcipites.

Iudæi nõ quaſi ignorantes, ſed veſania moti ſæuierunt in dominum.

Et nos perſecuti ſunt.⌋ Nos ſcilicet qui apoſtolatus hoc munere fungimur, & uos ad fidẽ inſtruimus. Quoꝝ exemplo & uos diſcipulos decet intentos, ferre omnia patienter.

Et deo nõ placẽt.⌋ Nã quo pacto deo ſunt morẽ geſturi, cuius & filiũ morte mulctarint & ꝓphetas



prophetas occiderint longe prius q̃ in terris hic adueniſſet.

Et oĩbus hoĩbus aduerſant̃, prohibẽtes nos gẽtibus loq, ut ſaluæ fiãt.⌋ Si terraꝝ orbi ſunt ſalutaria q̃q́ nuntiãda, & hi q̊ minus hæc fiãt impediũt: cũctis ergo hoĩbus obſiſtere, & cõmunes oĩm hoſtes coarguunt̃. Eſt nãq́ ſumma q̃dã ꝑuerſitas, cõmunẽ interpellare ſalutem.

Vt impleant peccata ſua ſemꝑ.⌋ Ea nũc dicta pc̃tã, q̃ olim in prophetas & in Chriſtũ deinceps, & in nos demũ hi cõmiſere, tanq̃ id inquiat. Vt oſtendãt ſeſe maximũ in modũ deliquiſſe, attigiſſeq́ iam refertã nequitiæ menſurã, & ſcelerum apicem.

Peruenit em̃ ira dei in illos uſq; in finẽ.⌋ Nõ dat̃, inqt, ut quondã ex captiuitate reditus, & ad terrã promiſſiõis ꝑuentus: ſed in finẽ uſq́, dei in hos ira ꝑuenit: id eſt, ſemꝑ in hos ꝑmanſura eſt dei ira. Oſtẽdit ꝑterea, cũ uſq́ in finẽ inqt, diuinã hãc irã à principio fuiſſe his debitã, & prophetaꝝ uaticinio cõminationibus intentatã. Cæteꝝ ſolatus antea Theſſalonicẽſes cum diceret tentationũ ſe multos habere participes: Sic & hos nunc conſolatur, cũ eos arguit, qui in præſenti hos urgerent, pœnas daturos. Sicut ira dei fuit a principio Iudæis prophetarum vaticinijs intentata, ita nec finem ſit habitura neceſſe.

Nos aũt fratres deſolati a uobis ad tẽpus horæ.⌋ De charitate hoc diſſerit loco. Suꝑius em̃ patris more & nutricis cuiuſpiã, filios appellauit. Nũc uero deſolatos affirmat & orbos: q̊d ſane liberoꝝ eſt, cõquerentiũ genitorẽ. Vnde perdiſcere licet, quãto illos deſiderio proſequeret̃ apoſtolus, & mœrorẽ in quo eſſet ꝑtendit, quẽ ex illoꝝ ſeiunctione cepiſſet. Neq́ ſat illud habebat ut diceret, ſeſe ab his deſolatos, ſed ad horæ tẽpus ſubiecerit. hoc eſt, breui admodũ tempore, & q̄ unius poſſit horæ, uel momenti potius ſpacio computari.

Aſpectu nõ corde.⌋ Præſertim cũ haud quaq̃ ſum⁹ corde ſeiũcti, ſed aſpectu dũtaxat & ꝑſona: ita & ſi cordi uos ſꝑ habẽtes, angimur tñ, qa nequaq̃ liceat nobis ur̃a ꝑ̃ſentia frui. Notandũ aũt ad charitatis ardorẽ accẽdat neceſſe ẽ, rei cõcupitæ aſpectus: ex q̊ & amor magis incẽditur.

Abundãtius feſtinamus faciẽ ueſtrã uidere cũ multo deſiderio.⌋ Abundãtius ſcilicet ſum⁹ celeritate uſi, q̃ eos decet, q ad horam ſint rei optatæ cõſpectu freti. Attẽde q̃ uehemẽs ſit Pauli charitas. Nullã em̃ ob rem aliã inquit, adire uos cupio, niſi uiſendi gratia.

Quoniã uoluim⁹ uenire ad uos, ego qdẽ Paulus & ſemel & iteꝝ, ſed ĩpediuit nos Satanas.⌋ Quid ais, nũ Satan te ĩtercepit? Ita ſane. Neq́ em̃ id dei opa effectũ eſt. Nã & alibi ad Romanos ſic ſcribit, deus ꝓhibuit. Et Lucas inqt: Spũs uetuit eos. Et ad Corinthios, Spũs dixiſſet eẽ id opus. Hoc aũt loco, Satanæ eẽ hãc operã dicit, & tẽtatões q̃ſdã ex inſperato, & dei ꝑmiſſu allatas. Vide q̃ hmõi charitate oblectet̃ ap̃lus. Oſtẽdit nãq; ſuã in hos bñuolẽtiã ſe cæteris ꝑtuliſſe, cum inqt. Ego Paulus. i. & ſi pleriq; alij q mecũ ſunt ad uos iter accelerarẽt, ipſe tñ illđ aggreſſus ſum Roma.1.16 Acto.16 1.Coꝛ.6

Quę eſt em̃ nr̃a ſpes, aut gaudiũ, aut corona gloriæ?⌋ Nõne igit̃ eiuſmodi uerba matrũ ſunt uiſceꝝ ĩmenſo q̊dã ardore & amoris flagrãtia, pueros minutiores lepide appellãtiũ? Nõne ſatis fuiſſet, ut eius ardentiſſimã cupiditatẽ exprimeret, coronã dixiſſe, niſi & gloriã adieciſſet? In uobis, inqt, ſpes mea ſita eſt oĩs. Plurimũ em̃ apud deũ cõfidentiæ, ueſtri gr̃a habiturus: eoq́ & lætitia efferor, qa coronæ mihi futuri eſtis & gloriæ: hoc eſt, excellẽti & clare. Tametſi in præſenti hanc mihi gloriã peperiſtis, & in futuꝝ ſitis mox parituri.

Nonne uos ante dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ eſtis in aduẽtu eius?⌋ Dicet aliqs. Nũ ſpes tua oĩs o Paule ex profectu Theſſalonicẽſiũ nitit̃? Nequaq̃ inqt. Neq́ em̃ his ſolũ uidẽdũ, q̊d plane oſtẽdit, cũ dicit. Et uos, ſed alios eſſe q̃ multos, de qbus ſit ipſi q̃ optime ſperandum.

Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.⌋ Quantæ em̃ illud eſt gloriæ: tam amplam deo obtuliſſe eccleſiam, & tam probatam & placitam.

## CAP.III.

PRopter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis ſolis.⌋ Hoc eſt, ſatius duximus & iudicauimus.

Et miſimus Timotheũ fratrẽ noſtrũ, & miniſtrũ dei in euãgelio Chriſti.⌋ Tanta em̃ huic ſanctiſſimo uiro inerat cura diſcipuloꝝ, ut cũ eſſet ipſe anguſtijs nõnullis etiã grauibus interceptus, alios dimitteret diſcipulis profecturos. Quod ſane tũc egit, cũ ad hos Timotheũ trãſmiſit: cuius in laudẽ pleraq́ diſſerit. Nõ adeo ut eũ collaudet, ſed ut illos potius honoribus proſequat̃, cũ hominem ſibi tã maxime neceſſariũ, & operã in prædicando euangelio nauantem, iſtoꝝ gratia a ſuſcepti operis miniſterio interpellauerit.

Ad cõfirmandos uos & exhortãdos pro fide ueſtra.⌋ Cũ em̃ ob præceptoris diuexatiões, laborent nõnunq̃: tñ & cõfirmãdi erant & exhortandi, ne a fide exciderent. Nõ em̃ paꝝ obturbant̃ diſcipuli, & quaſi diffidũt, præceptore erũnis & malis tãtopꝫ afflictato. Vt milites ſolent, cum ducem ſpectant affectum uulneribus.

Vt nemo moueat̃ in tribulationibus iſtis.⌋ Explicat nunc qd illis ſit profutura Timothei exhortatio, id ſcilicet, ut nemo moueat̃: hoc ẽ, perturbatiõe nulla hoꝝ quiſpiã offendat̃, cũ ipſe afflictor, ne q̊ pacto deflacceat uel a fide deſciſcat. Diabolus nãq́ cũ in ipſis anguſtijs tẽpus ẽ aliquod nactus, blãditur infirmioribus, quietẽ otiũq́ ſuggerendo, ut a rebus triſtitiã inferentibus prorſus abſcedant. Nonnulli uero σαίνεσθαι pro moueri poſitum dixere, a canum metaphora, qui caudam mouent cum alludunt & blandiuntur,

Ipſi em̃

*Qui in Chriſto viuere volunt, perſecutionem patiuntur.*

Ipſi em̃ ſcitis ꝙ in hoc poſiti ſumus.⌋ Audiamus ergo quẽadmodũ qui Chriſti fidẽ exceperint, tentationibus eſſe oporteat & preſſuris expoſitos. Neq; em̃ de apoſtolis hæc ſolũ ſunt dicta. Si itaq; ad id ſumus nos inſtituti, q̃d mirũ ſi premimur? Quo fit, ut nõ mõ ꝓteritis malis, ſed ne futuris quidẽ & imminẽtibus obturbari nos deceat, id em̃ nobis maxime congruit.

Nã & cũ apd̃ uos eſſem⁹, ꝓdicebam⁹ uobis nos paſſuros tribulatões, ſicut & factũ ẽ & ſcitis.⌋ Magnopere diſcipulos conſolat̃, cũ a ꝓceptore longe mala futura denuntiantur, Nequaq̃ igit̃ hos obturbari par eſt, tanq̃ ex rebus ex inſperato occurſantibus, eo'q; Chriſtus diſcipulos ita al-

Iohan. 13.

loquitur. Dixi uobis anteq̃ fiant, ut cũ facta fuerint, credatis. Nec ſolũ hoc Paulus illis prædixit, ſed alia pleraq; uti prænuntiauerat, & finem ſunt nacta.

Propterea & ego amplius nõ ſuſtinẽs miſi.⌋ Si futura illis o Paule mala ꝓſcieras, monueras'q; nil neceſſariũ fore, in preſſuris eiuſmodi tolerãdis hos cõmoneri: q̃ ultro ad eos alios deſtinas monituros ut cõſolent̃? Licet nãq; ex hoc aperte admodũ cõſpicari, te minus illis cõfidere.

*Vis amoꝝ etiam quæ certa ſunt & firma, ſuſpecta reddit et dubia.*

Ex charitatis id (inq̃t) cõfidẽtia facio. Solẽt nãq; q̃ plurimũ amãt, uel certa & firma, habere ſuſpectiora & dubia. Occurrebãt præterea tentatiões multæ & uariæ, ita ut maloꝝ me magnitudo & moles perterrefacerẽt. Propterea neq; illud intulit, q̃a cũ de uobis iã deſperaſſem, ad uos Titũ trãſmiſi, ſed q̃a morã ferre amplius nequeo: q̊d erat ingentis beneuolentiæ argumentum.

2. Cor. 12.
Acto. 9.

Ad cognoſcendã fidẽ ueſtrã.⌋ Hoc loco q̃runt nõnuli, q̃ pacto Paulũ, q̃ ad tertiũ uſq; conſcenderat cœlũ, audiſſet'q; uerba q̃ dici haud quaq̃ fas eſſet, Theſſalonicenſiũ facta latebant, ſed Timotheũ dimittit ut illoꝝ fidẽ reſciſcat. Dicendũ igitur, nequaq̃ oẽs q̃ ſanctitate pollerent, ſi-

4. Reg. 4.
3. Reg. 18. 19
1. Reg. 16.

ue Chriſti præceſſerint tẽpora, ſiue poſt Chriſtũ ſint ſubſecuti, iſtiuſmodi eſſe reꝝ incognitaꝝ notionẽ adeptos. Eliſæus nãq; quẽadmodũ cũ Sunamite ageret̃, minus intelligebat, & Elias ſolũ ſe relictũ arbitrabatur, tãetſi ſeptẽ milia ſuperfuiſſent. Et Samuel admonet̃, ne Dauid fratris q̃ eſſet natu prior, uultũ intueret̃. Haud ſecus & apoſtoli ipſi multaꝝ reꝝ tenebant̃ inſcitia: quod ſane eo effectũ eſt, ne uel hi ſuperbirẽt, uel de his cæteri magnã ꝓſumerẽt opinionẽ. Neue & illud excuſare poſſimus, ſupra q̃ hũana conditio patit̃, fuiſſe hos grã donatos: ut tm̃ poſſent de ſe uirtutis ꝓmittere, & ſic nobis indiligẽtia q̃dã deſperãtibus, & torpedo oboriat̃. Sed cõpertũ nobis id potius ſit, neq; illos ſtatim fuiſſe ope diuina fretos: ſed ſuo labore uitę rectitudinẽ pepiſſe.

Ne forte tẽtauerit uos is q̃ tentat⌋ Nec mihi q̃dẽ ſuſpitio ſubeſt, motos uos eẽ, ſed tentatos dũtaxat extitiſſe. Aduerte aũt cũ malis urgeamur aĩo obturbari, dæmoniacũ eẽ: & ꝓſerti cũ nõnulli adeo offendunt̃, ut & alios lædãt, quẽadmodũ cõtra Iob illũ ſe geſſit diabolus, q̃ huius uxo-

Iob. 2.

rẽ ita tẽtauit, ut Iob etiã offenderet̃. Tentat ꝓterea diabolus, neſcius tñ utrũ uictor ſit euaſurus, necne. Alioqui cũ impudentiſſimus ſit, cõfeſtim aggreditur, ſi imbecillũ ſit nactus, inſtat urget'q;. Si ualidum & conſtantem, deſinit inſultare.

Et inanis fiat labor noſter⌋ Vel ſi à fide deſciuerint Theſſalonicẽſes o Paule dixerit quiſpiã q̃d tua id intereſt? Habet nãq;, q̊d impẽdiſti laboris, iã ſatis apud deũ mercedis. Vel ſi ita inq̃t, futuꝝ crediderĩ: ex mea tñ maxĩa in hos charitate, inanes duxerĩ meos labores, & nullius momẽti

Nunc aũt uenĩete Timotheo ad nos a uobis, & annũtiãte nobis fidẽ & charitatẽ ueſtram.⌋ Verebar eq̃dẽ, inq̃t, ſupuacaneos fore labores meos, ſed cõtrariũ habuit res ipſa euẽtũ. Vides q̃tũ ꝓ ſe ferat lętitiæ Paulus. Nõ em̃ annũtiãte dixit, ſed euangelizãte, ut & illoꝝ fidei & charitatis exprimat magnitudinẽ in q̃ obfirmati iã eẽnt & ſtabiliti. Græce q̃dẽ euãgelizãte habet̃, nõ an(nũtiãte.

Et q̃a memoriã nr̃i habetis bonã ſp̃ deſiderãtes nos uidere, ſicut & nos q̊q; uos.⌋ Hoc eſt, ꝙ mei reminiſcimini, laudibus me proſequẽtes & bñdictis. Audite diſcipuli, & ꝓceptorũ memoriã diſcite aĩo ſemp iocũdiori repetere. Eſtis em̃ hoc pacto uobis, nõ illis maxĩe profuri. Quinetiã Theſſalonicẽſibus ipſis ingẽti illud eſt gaudio, & hos præcipue cõſolat̃, ꝙ certiores nunc fiunt, Paulũ eſſe non neſciũ, ab ſe & coli non mediocriter, & obſeruari. Quo fit, ut ex opinione hmõi, iſtorum magis ac magis in Paulum charitas augeſcat.

Ideo cõſolati ſumus frẽs in uobis in omni neceſſitate & tribulatione nr̃a.⌋ Tanq̃ grãs iſtis agebat, ꝙ a fide nihil ſeceſſerãt. Neq; em̃ inq̃t uidemur triſtitia q̊q̃ pacto ſentire, & mala in quibus uerſamur: ſed cõſolati nos ſumus & reſpirauimus nõ ũnis ex malis, ſed ex omni preſſura. Nã tm̃ ẽ id gaudiũ, q̊d ur̃a ex fide accepi & charitate, ut cũctis ꝓpõderet neceſſitatib⁹ meis & malis.

Per fidẽ ueſtrã.⌋ Vos, inq̃t, me cõfirmaſtis, cũ longe aliter ſe res haberet. Nã ipſe cũ tentationibus nihil ſuccũberet, illos potius corroborabat, alioqui ſuã in hos laudẽ confert, perinde ac ſi inquiat, Per fidem hanc ueſtrã haud quaq̃ ſiuiſtis ut tentationes ſentirem.

Quoniam nũc uiuimus, ſi uos ſtatis in dño.⌋ Neq; em̃ nobis cõſolationi fuere hæc, dixit, ſed uitæ: arguens illoꝝ offenſionem pro morte ſe ducere, & profectũ pro uita, & conſiſtere eos exiſtimare, qui in Chriſto ſint roborati.

Quã em̃ grãꝝ actionẽ poſſum⁹ deo retribuere ꝓ uobis oĩ gaudio, q̊ gaudemus ꝓpter uos añ deũ nr̃m.⌋ Tãta me, inq̃t, ur̃i de cã inceſſit lætitia, ut neq; grãs deo ꝓ merito agere liceat. Exiſtimam⁹ nãq; has ur̃as uirtutes a mũere q̊dã dei, & ſingulari ꝓfectas. Nõ em̃ uel hũanæ ſolertiæ uel animi mortalis hoĩs eẽ id tm̃ ſapiẽtiæ duxerim, Cũ itaq; ob id uobis collatũ ſapiẽtiæ donũ, gratias



gratias deo plurimas debeamus: nequaquam tamen ſuppetunt nobis, quæ illi poſſint pro beneficij dignitate haberi.

Nocte ac die abũdãtius orãtes, ut uideamus faciẽ ueſtrã.⌋ Orabat hoꝝ ut liceret cõſpectu frui. Nec ſane minori cupiditate, q̃ ſolet agricola quiſpiã, cũ audit, quẽ optime coluerit agrum fructus uberrimos protuliſſe, & reuiſere eundẽ, & oculis perluſtrare mox cupiat. *Similitudo ab agricola.*

Et cõpleamus ea q̃ deſunt fidei ueſtræ.⌋ Cũ eẽt ſupius illis & ſtatũ & fidei robur teſtificat⁹ cur fidei nũc infert q̃ deſunt, ſe cõpletuꝝ? Quia nondũ omnẽ exceperãt diſciplinã. Deerat nãq; illis de reſurrectiõe traditio, uel iſtiuſmodi alia. Vel quia erant pleriq;, qui falſa docerent. Propterea quæ deſunt dixit. Nã cũ ne a fide deſciſcerent uereretur, ad cõfirmãdos inquit uos miſi. Nũc uero ut cõpleamus quæ deſunt: & quæ ad doctrinã attinent, potius q̃ ad fidem, Compleri enim illud dicimus, cui ut abſolutum ſit, parum aliquid deeſt.

Ipſe aũt deus, & pater noſter, & dñs Ieſus Chriſtus, dirigat uiam noſtrã ad uos.⌋ Oſtendit quẽadmodũ hos uiſere cupiebat, & in epiſtola, hanc ſuã expreſſit cupiditatẽ. Simuletiã excuſat nõ ex negligentia ſe ab his fuiſſe tamdiu, Tanq̃ id dicat, Deus ipſe tentationes pręcidat, quę nos trahunt diuerſos, ut recta ad uos proficiſcamur.

Vos aũt dñs multiplicet, & abũdare faciat charitatẽ ueſtrã in inuicẽ & in oẽs.⌋ Vides effrenatas amoris furias, cũ illos & abũdare & affluere cupiat, ꝓcet'q; charitatẽ, nec eã dũtaxat q̃ inter hos mutua ſit, & in oẽs diffuſa. Id em̃ amoris eſt propriũ q̃ deũ profiteat̃, ut oẽs circũplectatur & capiat. Nã ſi hũc fuerit cõplexus, illũ uero minime, haud ſane hmõi erit ſecũdũ deũ beneuolentia: ſed humana potius quædã, quæ ſe non æque in omnes effundat.

*Quæ ſecũdum deũ eſt beneuolentia nõ hunc vel illũ, ſed oẽs complectimur, ita vt in omnes æque ſe effundat.*

Quemdmodũ & nos in uobis.⌋ Quod noſtra (inquit) interfuit, iam ipſi peregimus: ꝙ ueſtra, ut fiat oramus. Nos em̃ in charitatis menſuram habetis & exemplum.

Ad cõfirmanda corda ueſtra ſine querela, in ſanctitate antę deũ, & patrẽ noſtrũ, in aduentu dñi noſtri Ieſu Chriſti, cũ oĩbus ſanctis eius. Amẽ.⌋ Arguit quẽadmodũ ſibi ſit charitas, non his profutura quos fuerint charitate cõplexi. Abũdare em̃ uos (inquit) faciat deus in charitate, ut corda ueſtra ſtabiliant̃. Dñm aũt, ſpm̃ ſanctũ intellige, ſicuti & magnus Baſilius ſentit. Quis *Baſilius.* em̃ alius fuerit ꝓter hũc ipſum ſpm̃, in dei cõſpectu & Chriſti aduẽtu ſine querela, hoc eſt, immaculatos & puros cõfirmaturus? Neq; em̃ ad cõfirmãdũ uos dixit, ſed corda ueſtra. Ex corde nã- *Matth. xv.* q; prodeũt cogitationes prauæ. Cõcedi em̃ poteſt, uel eũ qui ſit prauoꝝ facinoꝝ expers, & nequam eſſe & impuꝝ, fallacẽ inſuper & dolos nectentẽ, odioſum, maleuolũ, & decreta aſtruentẽ peruerſa. Sine querela itaq; & labe, tũc quiſpiã erit: cũ cor repurgauerit, & ſic ſanctitatẽ adipiſcetur. Sanctitas nãq; & cõtinẽtia dr̃, quẽadmodũ immunditia, fornicatio appellat̃ & adulteriũ. *Immũditia q̃d* Quoꝝ unũ quodcunq; ſordidũ eſt & immundũ, & omnis deniq; uirtus ſanctitas nũcupabitur. Sine querela aũt eos uult eſſe, deo corã & patre, & in ꝓſenti. Virtutis em̃ integritas omnis in dei conſpectu patebit, nõ hominũ. Fallitur nanq; mortale iudicium. Et in domini (inquit) aduentu, quippe in quo ſumus, & in patris cõſpectu nos iudicandi. Optauerim igitur & ſordibus uos carere, & tales reddi, quales ſunt ſancti.

## CAP. IIII.

DE cætero ergo frẽs rogamus uos, & obſecramus in dño Ieſu, ut quẽadmodũ accepiſtis à nobis q̃uo oporteat uos ambulare, & placere deo, ita ambuletis ut abũdetis magis.⌋ Cũ itaq; (inq̃t) de his q̃ uos decent iã diſſeruerim: audite iã q̃ audiri neceſſario debẽt. De cætero uero cũ inq̃t, illud ꝓtendit. i. aſſidue & ꝑpetuo, & in reliquũ tẽpus. Attẽde humilitatẽ. Nõ em̃ neq; hortãdo aut precãdo dignum ſe dicit, cui fides poſſit ꝓſtari, ſed Chriſtũ ſibi pro deꝓcatore aſſumit: tanq̃ id inq̃at. Chr̃s ipſe nr̃o uos interuẽtu precat̃. Quod ãt accepiſtis nõ uerbis mõ, ſed reb⁹ cõſtat. Operãdo nãq; apl̃us agẽdo'q;, alios edocebat. Quid igit̃ *Similitudo a terra fertili.* uos ipſi ꝓcamur? Certe ut abũdetis magis, hoc ẽ, ut ſupare etiã mea ꝓcepta bonis actiõibus ſtudeatis, ultra q̃ uobis iniũxerim eniti. Nã quẽadmodũ terra nõ mõ q̃ huic demãdant̃, producit: ſic & aĩa ipſa nequaq̃ eſſe debet ꝓceptis feciſſe iã ſatis cõtenta, niſi & factis illa exceſſerit.

Scitis em̃ quæ ꝓcepta dederim uobis per dñm Ieſum.⌋ Præcipiunt̃ ſane quæ ſint euitanda & q̃ ſi fiant inferant pœnas. Si minus, nil laudis ſint allatura. Sunt etiã nõnulla quæ ꝓcipienda nõ *Cõcilia & ꝓcepta in ſcriptura.* ſunt, hoc eſt, cõminationibus frenãda, ſed auditoꝝ iudicio permittenda & uolũtati. Quẽadmodũ eſt pecuniam aſpernari, & permanere in cælibatu, & huiuſmodi alia. Inquit em̃, Qui poteſt *Matth. 19.* capere, capiat. Eſt em̃ nõ ab re. Paulũ cũ hos acrius nonnulloꝝ facinoꝝ arguiſſet, noluiſſe ea ex nomine explicare, ſed iterato eos commonefacit, rurſum'q; & Chriſtũ producit in mediũ. Neq; em̃, inquiens, hæc mea ſunt iuſſa, ſed Chriſti præ ſe ferunt imperium. Hæc itaq; uel ſeruanda per uos erunt, uel improbanda.

Hæc eſt aũt uolũtas dei ſanctificatio ueſtra.⌋ Hoc eſt, cõtinẽtia. Hãc em̃ ubiq; & meminit & tutandã iniũgit, cũ ad Timotheũ ſcribit, & ad Corinthios, Hebræos'q;. Eſt quippe uiolentũ incõtinẽtiæ uitiũ: eo'q; & curandũ enixius, medelis quibuſdã, & frequẽtioribus quidẽ & uarijs. *1. Timo. v. 2. Cor. 11. Heb. 13.*

Vt abſtineatis uos ab omni fornicatione.⌋ Quàm multæ fornicationis ſunt ſpecies & perplexæ: quas tamen haud quaq̃ exprimere tulit, ſed ab omni dixit cauẽdum.

Continentia q̃ facit vnũquenq; vas ſuum in ſanctificatione poſſidere, exercitatione et conſuetudine comparatur.

Ut ſciat unuſquiſq; ueſtrũ uas ſuũ poſſidere in ſanctificatione & honore.⌋ Vas corpus hoc dicit mortale. Continẽtes eñ cũ ſumus, corpusq; noſtrũ hoc & terſius & mundũ ſeruamus: in ſanctificatione dicimur poſſidere. Sin uero immũdũ & ſordidatũ, à peccato idipſum cõprehenditur. Quod uero fuerit à peccato cõprehenſum, in peccati ſeruitutẽ deducitur. Tunc uero id corpus in honore habet: cũ cõtinens ſe & purꝫ præſtiterit. Notandũ aũt, cũ ſciat inquit: continentiã hmõi per exercitationẽ & conſuetudinẽ comparari poſſe, prætendi.

Non in paſſiõe deſiderij.⌋ Hoc eſt, nõ in cupiditate, q̃ uitijs ſit obnoxia. Eſt nãq; & deſiderium aliq̊d ſiue cõcupiſcẽtia q̊d uitio careat, cuiuſmodi eſt reꝝ diuinaꝝ affectatio. Vel forte cuncta per deſideriũ exprimit, q̃ paſſioni cõcupiſcentiæ aſcribunt. Oportet itaq; ſi uita nobis ꝑ cõtinentiã erit degenda: ut nullũ hmõi uitioꝝ deſideriũ id incendentiũ admittamus.

Sicut & Gẽtes q̃ ignorãt deũ.⌋ Qui eñ nullã habẽt dei cognitionẽ, neq; retributionẽ bonoꝝ prauoꝝ facinoꝝve ſperẽt, neceſſe ẽ: vñ uoluptati ſe totos addicũt, & illi uniuerſa aſcribũt.

Deus vnã vnius eſſe vxorem conſtituit.

Et ne qs ſupergrediat, neq; circũueniat in negotio fratrẽ ſuũ.⌋ Superius quidẽ de omni fornicatione dixerat, nũc uero de adulterio dicit, q̊d & auaritiã & tranſgreſſionẽ appellat. Decenter eñ ſuã cuiq; uxorẽ diſtribuit deus: & naturæ limites præfiniuit, ut cũ una eſſet muliere congreſſus. Fit itaq; ut circũuentio quædã ſit in negotio, hoc eſt, in ipſo cõcubitu, præſertim cum in fratrem delinquitur. Vel ſimpliciter circũueniri fratrem & falli his prohibet.

Cum ſoluta vl' etiam proſtituta velle congredi damnabile ẽ. Momentaneũ eſt quod delectat, æternum quod cruciat.

Quoniã uindex eſt dñs de his oĩbus ſicut prædiximus uobis & teſtificati ſumus.⌋ Nec me ſolũ, inqt, exiſtimes, ne in frẽs id facinus admittat interdixiſſe: ſed ne in cæteroꝝ quidẽ uxores eẽ peccãdũ. Nec ſolutæ mõ ꝑterea ipſæ, uel uiris orbatæ, uel cõmunes & proſtitutæ: ꝑ luxũ ſunt & intẽperantiã abutẽdæ. Pro his nãq; ſumit ſuppliciũ deus, & iſtiuſmodi uindicat. Nõ eñ ĩpune ſumus hæc cõmiſſuri: qn lõge maiores pro his ſcelerib⁹ pœnas ſubibimus, q̃ recẽs fuerit accepta uoluptas. Vide ut prius ꝑcibus egerit, moxq; id ſit negotij deteſtatus, cũ dixit, Sicut & Gentes. Demũ & rei abſurditatẽ aperuit, cũ circũuentionẽ eẽ hãc dixit, & hũc in modũ à tãto ſcelere Theſſalonicẽſes deterret. Cõmonefacit prꝫterea hos idipſum, ſe prædicãte uel alias ſꝫpe audiſſe.

Non eñ uocauit nos deus in immũditiã, ſed in ſanctificationẽ. Itaq; q hæc ſpernit, nõ hoĩem ſpernit, ſed deũ, q etiã dedit ſpm̃ ſuũ ſanctũ in nobis.⌋ Cũ dixiſſet ſuperius fratri inferri iniuriã cuius rei ad deũ ſubiecerit uindicẽ affuturꝫ: amplificat nũc idipſum dilatatq;, arguẽs. Vel ſi id mali infidelis quiſpiã patiat, daturꝫ haud dubie pœnas, q mala ingeſſerit. Neq; eñ te (inquit) cruciatu afficiet deus, ut eũ qui male perpeſſus ſit, ulciſcatur: ſed ſeipſum ut uindicet. Nã cum ad munditiam te & puritatẽ uocaſſet, cũ inquinatior fueris: illatæ in ſe argueris iniuriæ, qui ſpm̃ ſanctũ tibi contulerit. Quo fit, ut ſiue ancillam, ſiue reginã corruperis, æque peccatũ ſit. quandoquidẽ deo hæc infertur iniuria. Nec ſecus ſi fornicando deliqueris, deus erit huius flagitij ultor, cuius & ſpm̃ inquinaſti. Vel aliter. Cũ eñ proſpiciat deus ſe nobis contẽptui eſſe: contẽptus huius de cauſa potius q̃ hominis affecti iniuria, ipſum ſe ulciſcetur. Veꝝ quo ſumus prouecti dementiæ, ut cum hominũ defugiamus conſpectum, quos ipſi offendimus: deum qui omnia conſpicatur & uideat, tantopere contemamus.

Deus ob ſui cõtemptum potius q̃ vt eũ qui male perpeſſus eſt vlciſcat, pœnas irrogat.

De charitate aũt fraternitatis nõ neceſſe habuimus ſcribere uobis. Ipſi eñ uos à deo didiciſtis, ut diligamus inuicẽ.⌋ Nihil interea de charitate ediſſerit, q̃ ſit in oẽs ſeruãda, ſed ea duntaxat, q̃ ſit in frẽs habẽda. Et mox illos cõmonefacit, duo præparãs quædã. Nã primũ ait, rem ita eſſe in prõptu, ut neq; inſtructione indigeat. Nã q̃ magnitudine præſtãt (uti charitas eſt) patent quidẽ & clara ſunt. Deinde pudere hos facit, cũ urget & excitat, ut ita ſe gerant ne eius præſumpta opinone conuincant inferiores: tametſi hos redijſſe iam arbitretur in uiam.

Etenim illud facitis in oẽs fratres in uniuerſa Macedonia.⌋ Quod aũt inquit à deo uos acceperitis diſciplinã, ex his mihi perſpicuũ eſt, quæ per uos in fratres geruntur. Macedoniæ autẽ ideo meminit, quia metropolis eſſet Macedoniæ Theſſalonica.

Rogamus aũt uos frẽs ut abũdetis magis, & operã detis ut quieti ſitis, & ut ueſtrũ negotium agatis, & opemini manibus ueſtris ſicut præcepimus uobis.⌋ Et ſi nequaq̃ ſim neſcius, ait, per uos in fratrẽ charitatẽ ſeruari: rogamus tñ ut abundetis magis, hoc eſt, ueſtrã erga frẽs augeatis magis ac magis bñuolentiã, ad eãq; & omni ſtudio enitamini. Poteſt & ita intelligi, ut ſtatim illud ſequat, date operã ut uos quietius habeatis, & ueſtrũ quiſq; propria negotia peragat. Ex his aũt eos arguit, q otio uacãt, & quieti ſe totos addicũt, curioſiusq; aliena diſquirũt, oĩa ꝑturbare. Quin uero cũ manib⁹, inqt, ꝓprijs opamini. Illos uituperat, q corpis tollũt exercitationẽ, & ſpiritalia tm̃ depoſcũt, & lõge fallunt. Nõ eñ ieiuniũ uel humi cubationẽ manibus quis operat, ſed ſpũ. Vnde intelligi datur nõ de ſpiritali exercitatiõe hoc loco dixiſſe apoſtolũ, ſed de corporali. Eſt nãq; ſpũs ſancti officiũ, ex manuũ opera uictũ alijs impartiri. Spũs inquã id certius quoddã eſt opus. Nã & ea tẽpeſtate Chriſtiani, cũ Chriſti ob fidẽ ſuſceptã, infidelibus prædæ eſſent: re omni familiari, & fortunæ bonis exhauſti, in ſumma reꝝ penuria uitã degebãt. Eoq; ut operentur edocet, quatenus quirent, cũ ſibi, tũ alijs præſidio eſſe. Si itaq; his iniungit apoſtolus, operi manuum inſudare: nil tamen eos excludit, quibus adhuc res integra maneat.

Exercitatio corporis vtilis et operatio manuum.

Et ut



Et ut honeſte ambuletis ad eos q foris ſunt, & nullius aliq̊d deſideretis.⌋ Hoc eſt, Ne quid impudẽtius apud illos agatis, q extra fidei aulã diuagant ſtipẽ efflagitãdo. Quod tñ modeſtius dixit, ne illos offenderet, perinde ac ſi dicat. Si fideles ipſi cũ fidelẽ quempiã conſpicant optima corporis ualetudine, mendicantẽ maxime offenduntur, & iſtiuſmodi hominẽ ſub Chriſti prætextu mercimonia factitare ĩcuſant: q̃to magis ſunt ĩfideles ipſi id mẽdicãdi genus obtrectaturi?

Nolumus aũt uos ignorare frẽs de dormiẽtib⁹.⌋ Hoc loco de reſurrectiõe iã meminit. Nã de hac & ſi antea ad eos diſſeruiſſet: nunc tñ ijſdẽ myſteriũ quoddã reuelaturus eſt. Qui & ſi ea q̃ ad reſurrectionẽ attinẽt nõ ignorarẽt: dolebãt tñ deeſſe aliq̊d ſibi ad uerã cognitionẽ. Dolorem itaq; hũc lenit apoſtolus, inquiẽs. Et ſi pleraq; cũ uobis incognita ſint mœſtitiã afferũt, cognita uero hãc tollũt: ꝓpterea (ait) nolum⁹ uos ignorare de dormiẽtib⁹, i. mortuis. Expreſſit itaq; futurã reſurrectionẽ, cũ dormire dicit iã uita functos. Qui eñ dormit & excitet neceſſe eſt.

Apoſtolus vita functos eo q' aliquando ſuſcitandi ſint, dormientibus confert.

Ut nõ cõtriſtemini, ſicut & cꝫteri q ſpem nõ habẽt.⌋ Cuius rei ſpem dicit? reſurrectiõis uidelicet. His nãq;, q ſe minime ſperãt reſurrecturos, ꝓculdubio lugẽdũ erit. Arrigẽdꝫ itaq; his dictis aures ſunt, & cõtremiſcẽdũ. Quid igit aliqs inqet? Nũ eo uult nõ hos ignorare, ne afficiãtur mœrore? Non enim inquit, ſubeant cruciatus, ſed ne contriſtentur? Ita quidem. Nam eiuſmodi triſtitia & pœnas eſt allatura.

Si eñ credimus q Ieſus mortuus ẽ, & reſurrexit: ita & deus eos q dormierũt ꝑ Ieſum adducet cũ eo.⌋ Quẽadmodũ, inqt, filiũ ſuſcitauit mortẽ corpis obeũtẽ: ſic & nos ſuſcitabit. Aduerte ut Ieſum fidẽtius eo mortuũ dixerit, qa facta iã ſubſecuta ſit reſurrectio: Nos uero qa ſuſcitandi ſumus, dormiẽtes hic dixerit, futurꝫ arguens, ut ab eiuſmodi dormitiõe, & ſomno excitemur nos aliqñ. Nõ eñ q nihil dormierit, excitabit. Dormiẽtes uero ꝑ Ieſum deducet, duplici ꝑt mõ intelligi. Vel qa ꝑ Ieſum deducturus nos ſit, i. filius erit reſurrectiõis hiſce mediator, q & prꝫuius fuit, & ĩ prĩs cõſpectu adſtitit. Vel dormiẽtes ꝑ Ieſum, hoc ẽ fideles, ut q Chr̃m in ſe habẽtes ꝑ Ieſum dormiũt. De ꝑcipua aũt reſurrectiõe nũc diſſerit, hoc ẽ, de glorioſa illa fideliũ a mortuis excitatiõe, q̃ futura cũ dño ẽ. Dedecet eñ ſecũ, hoc ẽ, & ĩ nubes undeq̃q; nos ille corripiet, tolletq;. Erãt qdẽ Theſſalonicẽſes de uniuerſali illa futura reſurrectõe certiores iã redditi: ſed quã eſſent in ſe gloriã habituri, nil his ſatis cõſtabat Eoq; & angi aliquãtulũ uidebant. Vnde eoſdẽ nũc cõſolat apoſtolus, cũ glorioſam hãc dicit futurã & honorabilẽ. Ne ſi fortaſſe aliter ijdẽ ſentirẽt, ex alia q̃uis ꝑſumpta opiniõe, mœrore afficerent. Quippe cũ ſint oẽs reſurrecturi, nõ tñ in gloria, niſi ſoli fideles: id ẽ, q rectiora ſunt inſtituta cũ bonis opibus aſſecuti. Aduerte & q̃ ſubſequunt.

Omnium quidem eſt futura reſurrectio, ſed fidelium tãtum honorabilis et glorioſa.

Hoc eñ uobis dicimus in uerbo dñi.⌋ Mirandum aliquid erat dicturus, eoq; ex dñi uerbo rei huic & fidẽ facit, tanq̃ id inquiat. Nihil profecto à meipſo, ſed à Chriſto edoctus protulerim Nam illud: Dare quidem longe eſt ſatius q̃ accipere, ex præceptoris (hoc eſt Chriſti) uerbis, acceperat: & huiuſmodi reliqua ex ſpiritu loquebatur.

Acto. 20.

Quia nos q uiuimus, qui reſidui ſumus: in aduẽtu dñi nõ præueniemus eos q dormierunt.⌋ Quod ad Corinthios dixit, in momẽto, & oculi ictu, nunc repetit. Et qm̃ difficultatis plurimũ habere uidet, putrefacta iã & tabẽtia corpora, a mortuis excitare: iccirco q uiuimus inquit. non ut de ſeipſo nũc dicat (neq; eñ erat ad reſurrectionẽ uſq; uicturus) ſed fideles dicit. Vnde & qui reſidui ſumus adiecit, in aduentu dñi. Sub eius nãq; perſona eos cõplectitur, qui in hũanis tunc temporis egerint. Vel eos uiuere dicit, qui in Chriſto aſſequentur ſalutem.

1. Cor. xv.

Quoniã ipſe dñs ĩ iuſſu & ĩ uoce archãgeli & ĩ tuba dei deſcẽdet de cœlo.⌋ Nil his, inqt, diffidas q̃ ſumus dicturi. Nã dñi hꝫc futura ſunt iuſſu: Veꝝ q̃uo hꝫc ille ẽ iniũcturus? In archãgeli uoce, cꝫteris angelis ꝑſidẽtis, & idẽtidẽ inclamãtis: prõpti paratiq; eſtote oẽs, adeſt eñ iã iudex. Vt eñ pr̃ in Syna Arabiæ mõte, tubis ẽ uſus, & angelis miniſtrãtibus: ſic & filius tãq̃ impator his ipſis utet. Vel qa dei terra hꝫc iuſſu coget, q̃ excepat corpa, reſtituere, ad ĩcorruptionẽ mox transformata. Q̃d ãt unũ ĩ locũ undiq; ſint cõuẽtura, uoce archãgelus opabit unus, tñ alioꝝ miniſterio angeloꝝ.

Exodi. 19. 20.

Et mortui q in Chr̃o ſunt, reſurgẽt primi.⌋ In Chr̃o mortui, hoc eſt fideles, ut qui in nubes ſint ſubleuandi, ut priores reſurrecturi, cæteri uero poſtremi, id eſt dãnandi. Quippe qui neq; attollendi ſint, nec Chriſto in aera obuiam proceſſuri.

Soli fideles in iudicio ſunt in aera ſubleuandi, et ita priores reſurrecturi.

Deinde nos q uiuimus, q relinquimur, ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã Chr̃o in aera: & ſic ſemꝑ cũ dño erimus.⌋ Et ſi mortui, inquit, ſunt priores reſurrecturi: nihilominus & nos q in hac uita erimus, rapiemur, digni uidelicet ut ſubuehamur in nubes, ſicuti & dñm nubes ſuſcepit. Cur uero cũ ſit deſcẽſurus fideles ille arripiet? Id utiq; honoris gr̃a facturus eſt. Nã quemadmodũ imperatori cuiq̃ urbẽ aliquã inituro, honoribus quiq; & dignitate ꝑſtantes, obuiã ꝓdeunt: noxij uero & capitis dãnati in carcerẽ interiorẽ cõiecti, iudicẽ hunc ipm̃ operiunt. Sic eo iudicij tꝑe, peccatores quidẽ & prauis facinoribus obſtricti, in terris iudicaturꝫ illũ expectãt, uel ſi Chriſtianũ ſortiti ſunt nomẽ. Iuſti uero in ſublime tollentur. Sic demũ & Chriſto eodẽ ſunt fruituri, qui eſt bonoꝝ omniũ caput, & perpetuo ſunt apud hunc permanſuri.

Acto. 1.

Itaque conſolamini inuicem in uerbis iſtis.⌋ Hoc eſt, Nullus uos teneat mœror, ut cæteros qui ſe nil ſperant reſurrecturos.



Detẽ

## CAP. V.

Non eſt noſtrũ imo nec ipſorũ apoſtolorũ reſurrectionis tempus cognoſcere Acto. 1.

Ex his palã eſt quantum cuiq; conducat ſui finis ignoratio.

DE temporibus aũt & momẽtis fratres nõ indigetis, ut ſcribamus uobis.⌋ Eſt em̃, inquit, ſupuacaneũ, & plane inutile reſurrectionis huiuſce & rerũ finis uelle tpa & momẽta cognoſcere, q̃ nec apoſtolis ipſis retexerit dñs, cũ illũ idẽtidẽ rogitãtes adiſſent Paulo forſitan uel ſoli ex arcanis illis quæ dici non poſſunt, innotuit.

Ipſi em̃ diligẽter ſcitis, qa dies dñi ſicut fur in nocte ita ueniet.⌋ Dñi diẽ & cõmunẽ oĩbus finẽ, & priuatũ cuiuſq; intellige. Hic nãq; incertus incũbit ſingulis, cuius finis & ignoratio, pluribus modis nobis cõducit. Nã ſi pſciret hõ ultimũ uitæ diẽ: omni ſtudio adniteret, reliqs diebus, qbus ſe nil dubitaret ſupfuturũ, cõmiſſa oĩa & peccata, pœnitẽdo, ut aboleret. Deinde cũ ſe morti propinquiorẽ ſpectaret, baptiſmi lauacro poſtremo ſe tandẽ plueret: ut huius uirtute delicta abolerent. Nec minus & multi, q nec moderati quidpiã nec penſi haberent, ſi certo ſcirẽt (ut ita dixerim) in craſtinũ ſe morituros: maximis q̊s haberẽt ĩfenſos tormẽtis afficerẽt, ut animũ odio plenũ explerẽt, tanq̃ cui nil eſſet ad ſe ulciſcẽdũ ſpei reliquũ. Quod tñ exequi interea hærẽt, cum hinc mortis formido coerceat, hinc uitæ ſuauitudo. Angeret pterea eorũ aĩm aſſiduus ille mortis metus, q longioris uitæ tenent cupiditate: ſi mortis terminus innoteſceret, nec tñ iuſti mercedis aſſequerent. Poſſent em̃ uideri tanq̃ uitæ huius affecti tædio (ſi pſcriptas ſibi ad mortẽ longiores metas multo ante proſpicerẽt) lucẽ ſpreuiſſe, eoq; & intrepidi adiſſe diſcrimina quaſi deſperantes, nõ qa cũ Chriſto uerſari pcuperent. Nũc uero cũ cuiq; minus cõpertũ ſit, ob uitę finẽ incertiorẽ, utrũ ſuperare queat qbus offert diſcrimina: perſpicua utiq; erit ſingulorũ, q̊ta ſit, uirtus. Cuiuſmodi & tres illi pueri ſuere, qui eo magis ſunt cæteris admiratiõi, qa cũ nihil eſſent, utrũ euincere flãmas & incẽdia quirent, certiores effecti: idola tñ adoraturos ſe cõſtanter reſpuerint. Cũ itaq; illud minus uos lateat, dñi diẽ, hoc eſt, iudicij tẽpus, in furis morẽ & clã ſubiturũ: intendite his animũ, & uobis cauete, Neſcitis em̃ qua hora fur ille uenturus ſit.

Danie. 3.

2 Pet. 3.
Apoca 3. 16.
Lucæ. 12.

Cum em̃ dixerint pax & ſecuritas: tunc repẽtinus eis ſupueniet interitus, ſicut dolor in utero habẽtis, & nõ effugiẽt.⌋ Cũ eſſent q hos diuexabãt, paſſiõibus uacui & proſpere agerent: fideles hũc in modũ ſolat. Nequaq̃ exiſtimate euaſuros hos aliqñ, q̊s propediẽ inuaſura eſt repentina & inſperata pnicies: q̃ uarias his amaritudines ẽ allatura, nec ſecus excruciabũt, q̃ ſolẽt inteſtini dolores parturiẽtẽ uexare. Aduerte aũt queẽadmodũ ad id plurimũ faciat parturiẽtis ſimilitudo. Nouit em̃ & mulier ſeſe pariturã oĩno: pariẽdi uero tẽpus ignorat. Quo fit, ut pleræq; ſeptimo mẽſe pter naturæ ĩſtitutũ & uia media, nil pſciæ, partus ediderint, Vtq; & hæ p luſum plerũq; & iocũ, derepẽte ineffabilibus ſimul doloribꝰ crucianť: ſic & illorũ aĩæ, q pſenti hoc ſeculo p delitias ducunt & luxũ hanc uitã, cũ dies ille aduenerit, nequaq̃ mortẽ ſunt & interitũ euaſuræ.

Parturientis ſimilitudo.

Vos aũt frẽs nõ eſtis in tenebris, ut uos dies ille tanq̃ fur cõprehendat.⌋ Hoc eſt, nõ tenebroſam & impurã ducitis uitã. Dicet aliquis, Quid ergo? Nõne & hos, & ſi nulla ſint labe affecti, uel incertus inuaſurus eſt finis? Inuadet quidẽ, ſed nullo eos obducet mœrore. Vigilãtibus nãq; & in luce uerſantibus, ſi pdo aliquis aditũ nactus de improuiſo incũbat, nil poterit qd horũ ſit deuaſtare: At ſi in tenebris dormitantes deprehendat, relatis ſpolijs abſcedet impunis.

Oẽs em̃ uos filij lucis eſtis & filij diei.⌋ Queẽadmodũ gehẽnæ filij aſſerunť, q gehẽna cõdigna patrarint, & diffidẽtiæ filij q apoſtolorũ dictis diffidũt: ſic & filij diei hi erũt, q ea q̃ lucis ſunt fecerint.

Non ſumus noctis neq; tebrarum.⌋ Hoc eſt, peccati.

Igitur nõ dormiamus ſicut & cæteri, ſed uigilemus & ſobrij ſimus.⌋ Hoc eſt, Nequaq̃ i bonis opibus negligẽtiores noſipſos præſtemus, ſed ſobrij ſimus. Auget nãq; uigilantiã, ipſa & abſtinẽtia, perinde acſi dicat. Per cõtinentiã quæ bona ſunt, diligenter & caute peragamus.

Qui em̃ dormiunt, nocte dormiunt: & q ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos aũt qui diei ſumus, ſobrij ſimus.⌋ Dormientes eos hic dicit, qui ſomno q̊dã nequitiæ capiunť: tanq̃ ad uirtutes inertes & torpidi, & ſemp aliquid quaſi per ſomnũ imaginantes. Talis eſt em̃ præſens hæc uita à ſopore nil aliena. Ebrietatẽ aũt dicit, nõ mõ uinaticã illã & à Baccho progenitã: ſed q̃ à quibuſuis uitijs oritur temulẽtia, tanq̃ quæ ipſius naturæ limites & metas excedat, & mentẽ ipſam obtenebret. Haud quaq̃ itaq; ait iſtiuſmodi uoſipſi præſtetis. Non em̃ conſtamus ex nocte & tenebris ſed ex die ac luce, baptiſmi & diuinarũ traditionũ gratia orti.

Sobrietas et vigilãtia ad beate viuendũ cõducunt quidem ſed his dũtaxat qui bonorũ operum thorace ſe muniunt.

Induti loricã fidei & charitatis.⌋ Neq; em̃ ſat habet, ut uigilantiã & ſobrietatẽ ſeruemus, niſi & armis circũducamur. Nã ſi uigilantior quiſpiã & excitus fuerit, armis aũt careat qbus tuturi ſe queat: celerrime a prædonibus & capieť & trucidabitur. Fidei uero & charitatis cũ inqt loricã, rectiora quæuis decreta, & optimas uitę actiones prætẽdit. Sic em̃ uere hoĩes abſtinebũt cũ bonis opibus abũdabũt. Hæc quidẽ ſunt nõ mõ ſeruanda, ſed pro thorace habẽda. Hũc nanq; nil facile uel prehendere poterit uel tranſilire, ſed pectus ipſum haud ſecus ac paries inhærens tutabitur: & à deo ut nulla nobis ſuccenſa diaboli iacula uel obeſſe poſſint, uel capere.

Et galeã ſpem ſalutis.⌋ Queẽadmodũ em̃, q̊d principale eſt nobis, caput, galea ipſa obtegẽs, ſecurius reddit & tutũ: Sic & ſpes ipſa mentẽ cõſeruat & ſalutaris illi eſſe arguitur, cũ nihil externũ in hanc ſinat delabi. Aduerte autem, quod & alibi dixit, fidem, ſpem, charitatem, tria hæc, uel in præſenti ex his ut comparentur iniungit.

Quod capiti eſt galea, hoc ſpes menti.
1. Cor. 13





Quoniã non poſuit nos deus in iram, ſed in acquiſitionẽ ſalutis, per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, qui mortuus eſt pro nobis, ut ſiue uigilemus ſiue dormiamus, ſimul cũ illo uiuamus.⌋ Propterea, inquit, hæc arma ſunt cõparanda, quia nõ poſuit, hoc eſt, nõ ſegregauit nos deus, ut eius irã experiamur: ſed ut uendicet ſibi & ſaluos reddat, tradito, ut morte afficeretur noſtri gratia, unigenito. Nobis ergo uel in diſcrimine cõſtitutis ſperanda ſunt bona, & maxima quæq; à dño expectanda. Nã ſi crederemus, hũc ipſum nec filio pepercisſe ut ſaluos nos faceret, ſpes eſſet uel certior: fore ut ex piculis & medijs malis nos ille eriperet, & rei experimẽto ita futurũ mox ſpectaremus, deũq; ipſum charitate proſequeremur & proximos. Nã ea, inquit, de cauſa mortem obijt Chrs, ut ſiue uigilamus. i. uiuimus: ſiue dormimus, hoc eſt morimur, cũ illo ut uitã ducamus. Quãdoquidẽ cœleſtis illa dormitio, à terrena hac lõge eſt aliena. Ait igiť. Nolite corporũ & uitæ huius diſcrimina, ſiue mortes reformidare. Si em̃ uel morimur, uicturi ſumꝰ. Nã & is q tãtope ẽ in nos charitate affectus, ut nr̃i ob grãm mortẽ ſubiret: uiuit qdẽ, & ppetuo uiuet.

Roma. 8

Cœleſtis dormitio.

Propter q̊d cõſolamini inuicẽ & ædificate alterutrũ, ſicut & facitis.⌋ Vides qd demũ excuſat, pinde ac ſi dicat. Nõ ſum ipſe præceptor, ſed uoſipſos inuicẽ uelim ædificetis. Qñ haud quaq̃ ſunt ſatis, qui inſtruendi fungantur hoc munere, ut queam uniuerſos commonefacere.

Rogamus aũt uos fratres, ut noueritis eos q laborãt inter uos.⌋ Cũ dixiſſet uoſipſos alterutrũ ædificate: ne forſan arbitrẽtur ſeſe his uerbis ut pceptores inſtitui, eoq; & in ſuos inſtructores ſuperbiant, ſic inquit. Et ſi mutuã uobis ædificationẽ permiſerim, obſecro tamen, ut q uos edocent atq; inſtituunt, in honore habeatis. Coguntur em̃ grauia multa ſubire doctores, quæ delati his honores toleratu faciunt leuiora.

Laborantes in eccleſia, honorãdi ſunt.

Et præſunt uobis in dño, & monẽt uos.⌋ Si em̃ honorẽ his detuleritis qui per hominẽ uobis præficiunť: quãto magis q a deo pręfecti ſunt debetis & gratias agere, & honorare: Id em̃ deſignat, cũ in dño dicit: id eſt humanis hiſce in rebus & tẽporarijs uobis hoĩes præſident. In his uero quæ dñi ſunt qui fuerit præfectus, pro uobis nõ ſolũ orabit: ſed curabit attentius, ut p baptiſmi lauacrum iterato naſcamini, caſtigabitq; & medebitur. Et ſi nocte hunc intẽpeſta uos exciueritis, præſto mox erit. Vides qualis ſit in domino præfectura.

Vt habeatis illos abũdantius in charitate, propter opus illorũ.⌋ Non em̃ ſimplici quadã hos uelim beneuolẽtia proſequamini: ſed abũdanti, uti & liberi in parẽtes afficiunť. Nã qui Chriſtũ dilexerit, & eius miniſtrũ, utcũq; ſe geſſerit diligat neceſſe ẽ, quia per eũ ſit uenerãda myſteria cõſecutus. Si uxorẽ duxeris decore præſtantẽ: nõne & his honorẽ uel maximũ impartieris, qui ad te illã traduxerint? Cœlorũ regnũ cœpiſti: & eum cõtẽnes, qui illud ſubminiſtrarit? Honorãdi ſunt itaq; per uos præceptores: quorũ ductu & miniſterio bona ineffabilia aſſequemini.

Qui Chriſtum dilexit: eum qui ſibi præficitur, & honore & beneuolentia proſequantur neceſſe eſt.

Pacem habete cũ eis.⌋ Hoc eſt, cũ præceptoribus. Nouerat em̃ odia eſſe in hos quędã oborta. Parit quippe ueritas odiũ, & odio ſæpe habentur: qui alios arguunt, & malefacta nil probant. Habete igitur, inquit, cũ his pacem, hoc eſt, pacifice cum iſtis uos gerite.

Rogamus aũt uos fratres, corripite inquietos.⌋ Hoc loco ad præceptores diuertit ſermonẽ Neq; em̃, inquit, per licentiã & arrogantiã alios inceſſeritis, ſed leniter caſtigate. Nã qui puerſis imbutus eſt moribus, ptinacior fiet in malo, ſi acerbius forte corripiatur. Nã eos cõtra bene cõpoſitos dicimus, qui dei ſtatuta & mandata obſeruant. Is nãq; ſingulis rebus ordinẽ præfiniuit & limites, quos q tranſcenderit, incõpoſitus eſſe & diſſolutus argueť. Cuiuſmodi ſunt, temulenti, cõtentioſi, auari, & iſtiuſmodi cæteri: qui delinquendo conſtitutas à deo metas excedunt.

Si delinquentem acerbiori quadam modo caſtigaueris, pertinaciorem efficies.

Conſolamini puſillanimes.⌋ Puſillo hi aĩo ſunt, q ferre nil queunt tentatiões. Iſti ſunt em̃ q proſeminati, in lapides cõciderunt: qui tamen omnino ſunt ſubleuandi & conſolandi.

Matth. 13

Suſcipite infirmos.⌋ Hoc eſt, ualidiores reddite qui fuerint in fide infirmiores, ut & alibi dicit: Fide infirmos ſuſcipite.

Roma. 14.

Patiẽtes eſtote ad oẽs.⌋ Hoc eſt, diſſolutos, puſillanimes, & infirmos ſuſtinete. Id nãq; maximũ in modũ congruit præceptoribus, ut uel efferatiſſimos tolerando ad bonum conuertant.

Videte ne qs malũ pro malo alicui reddat.⌋ Si mala nequaq̃ malis ſunt cõpenſanda: quanto minus pro accepto beneficio, nõ ſunt mala reddenda, uel malo afficere qui nihil offecerint?

Sed ſemper quod bonũ eſt ſectamini in inuicẽ & in oẽs.⌋ Neq; em̃ ſat eſt nil mali pro malis illatis rependere: quin & bonis erit qui mala ingeſſerit, afficiendus. Id em̃ ſentit, cũ inquit: Sectemini quod bonũ eſt, hoc eſt, enixe nitamini omnibus benefacere. Et in inuicẽ, hoc eſt, erga fideles, Et in omnes, id eſt, erga infideles eſtote benefici.

Semper gaudete.⌋ Semper, hoc eſt, uel in medijs & urgentibus malis gaudio afficiamini, Tanq̃ id dicat. Aequo animo pro Chriſto oĩa tolerate. Aduerte aũt queẽadmodũ poſtq̃ malum minus eſſe pro malo reddendũ dixiſſet: mox & gaudendũ his eſſe iniunxerit. Qui em̃ edoctus, nullas ulciſci iniurias, ſed conferendis beneficijs potius inſueuit, & his benefacere qui mala tulerint, unde hic poterit aculeos mœroris excipere.

Magna merces illũ manet, q̃ nullas vlciſcť iniurias, ſed beneficium potius vel his q̃ ſe læſerint exhibere ſeſe cõſueuerit

Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite.⌋ Viã nunc aperit ad perpetẽ quandã iocũditatẽ, ut aſſiduo ſcilicet & orandũ ſit, & gratiæ deo agendæ. Nã qui uerſari cũ deo diutius

conſueuit, eidemq́ꝫ pro oblatis ſiue proſperis ſiue aduerſis eo gratias agit: perſpicuũ eſt, perpetuam quandã animi ſuauitudinem hunc eſſe adeptum, & continens gaudium.

Hæc eſt em̃ uoluntas dei, in Chr̃o Ieſu, in oĩbus uobis. ⌋ Qui em̃ poterũt ſemp partæ gratię dici? Nimirũ ſi noueris deũ ſic uelle, ut illi te nõ ingratũ pro acceptis exhibeas beneficijs. In Chriſto Ieſu, hoc eſt, Chriſti domini adiumẽto & ope. Nã ille nobis uel in gratijs hiſce agẽdis opitulatur: ſicuti (ut id ipſum agamus) & multis in locis in euangelio odocet.

Matth. 26. Marci. 8. 14. Lucæ. 22. Iohan. 6.

Spiritũ nolite extinguere, Prophetias nolite ſpernere. ⌋ Cũ noctis loco ſit hæc uita habenda, & facẽ nobis detulit deus ſpũm ſanctũ: quã ſane ſplendidiorẽ reddidere pleriq́ꝫ, quẽadmodũ ſancti: nõnulli uero extingui ſunt paſſi, quẽadmodũ uirgines illæ quæ lucernã oleo carere pmiſerant. Nec ſecus & qui Corinthi fornicaret̃, eandẽ hanc faciẽ luto offudit. Dicit itaq́ꝫ. Spiritũ nolite reſtinguere, hoc eſt, ſpũs grãm. Obſtruite ergo feneſtras ſiue ſenſus hos corporales, ne nequitiæ ſpũs ille inuadat: & ſic fax illa extingui nõ poterit. Non puluerẽ inſpergas, uel curas terrenas: ſic em̃ inextinguibilis permanebit. V el ita. Erãt apud hos & *uere prophetæ, & fallaces q̃dã & ſubdoli. Et quia minus cõpertũ his erat utri nã hoꝝ ex deo eſſent ueredici: ſimul oẽs auerſabantur, & improbabant. Subdit igitur, Spiritũ nolite extinguere, hoc eſt, ſpũs donũ, quod ueris ineſt prophetis, cũ hos nec ſecus defugitis, quam alios, qui ſe mentiuntur prophetas. Neque prophetias contemnite, quæ ex ſancto ſpiritu prodeunt.

Matth. xxv. I. Cor. v.

Spiritus non extinguendus.

Alias, veri.

Omnia aũt probate, quod bonũ eſt tenete. ⌋ Quid ergo? Excepturi ne ſumus qui falſos ſe prophetas aſtruxerint? Nequaq̃ inquit, ſed omnia probate, hoc eſt, & uera & falſa, periclitando decernite. Deinceps, quod bonũ eſt tenete, hoc eſt, quas rectas eſſe cõpertum habetis admittite prophetias. Prophetas uenerationiq́ꝫ habetote & curæ.

Ab omni ſpecie mala abſtinete uos. ⌋ Neq́ꝫ em̃ hoc illove abſtinẽdũ indicit, ſed om̃i re prorſus, ſiue propheta quouis falſo & cõmentitio, ſiue prauis quibuſuis facinoribus.

Ipſe autem deus pacis ſanctificet uos per omnia. ⌋ Poſt monita, & uota inducit: ut utrinq́ꝫ ſint tutiores. Per omnia uero, ut corpore & animo ſanctitatem adipiſcantur: ſicut ex ſubſequẽtibus ipſis perdiſces.

Ut integer ſpũs ueſter, & aĩa & corpus, ſine querela in aduẽtu dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruet̃. ⌋ Spũs, id eſt, donũ qđ p baptiſmũ iã accepiſtis. Nã ſi huius collucentẽ facẽ ſeruabimus, nec reſtingui hanc patiemur & nuptias ipſas adibimus: Tunc ſane corpus & anima querela uacabũt, hoc eſt, coargui criminis nequaquã poterunt. Quid ni? Si in nobis illuxerit ſpũs. Gregorius aũt Nyſſeus ſic inquit. Cum em̃ homo ex omni ſit animaꝫ ſpecie admixtus, ea ſcilicet quæ plantis ineſt, mox ſenſibili & intellectiua, cum ſpiritũ dicit apoſtolus, profecto intellectiuã expreſſit. Cũ animã, ſenſibilitatẽ ipſam. Cũ corpus uitã ineſſe nobis oſtẽdit, q̃ & in plantis eſſe cõperitur. Precatur itaq́ꝫ & optat hos oẽs per oĩa ſine querela ſeruari, & in cunctis deo ut obſequantur.

Hominis natura ex Gregorio Nyſſeo.

Fidelis eſt qui uocauit uos qui & faciet. ⌋ V ide apoſtoli ingentẽ humilitatẽ. Cum em̃ eſſet hæc omnia his cõprecatus, nolite (inquit) exiſtimare meis ex precibus uos ſaluos fore: ſed dei, q uos pro ſua uocauit benignitate. Nam ſi ad ſalutẽ uos ille exciuit, fidelis eſt ſane, id eſt uerax. Et ita eſt pro eius uoluntate facturus, ut & ſaluos uos reddat.

Fratres orate pro nobis. ⌋ Aduerte quàm humilem ſe & abiectum præſtet: cum dicat ſe horum precibus indigere.

Salutate fratres omnes in oſculo ſancto. ⌋ Cum em̃ abſens ipſe requireret ſalutẽ ore & p̃ſens his impartiri, per alios ſaluere hos iubet. Et quoniam ineſt nonnunq̃ in oſculo dolus, quale illud Iudæ Chriſtũ prodentis fuit, in oſculo ſancto ſubiecit.

Matth. 26. Marci. 14 Lucæ. 22.

Adiuro uos per dominũ, ut legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. ⌋ Neq́ꝫ adeo plegi epiſtolã hãc doctrinæ gratia cupiebat, quàm ut illos etiam per epiſtolã alloqueretur. Quod plane ardentis eſt deſiderij argumentũ. Adiurat autem eos, ut ſi id paruifacerent, poſtulantem obteſtatione ſaltem eiuſmodi, quod eis iniungitur, exequantur. Tanti erat & tam formidoloſa apud Chriſtianos ueteres obteſtatio.

Obteſtatio apud veteres Chriſtianos formidoloſa

Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti uobiſcũ, Amen. ⌋ Cunctis nos ille, inquit, bonis donauit. Incũbite ergo ut ampliorẽ gratiam, pro tantoꝫ bonoꝫ ac numeꝫ dignitate, & uitã agendo ea mox uendicetis, quæ uel diuina eadẽ nobis ſunt gratia cõparata. Cauetéq́ꝫ iter quodcunq́ꝫ prauum ac deuiũ, ut uitã hanc ipſam, ad patris & filij & ſancti ſpũs gloriã tranſigatis. Quẽ oĩs gloria & honor decet in ſeculorum ſecula. Amen.

Scripta fuit ex Athenis.

## IN SECVNDAM AD THESSALONICENſes epiſtolam argumentum.

¶ Ad Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit epiſtolam Apoſtolus, & notum facit eis de temporibus nouiſſimis, & de aduerſarij deiectione. Scribit hanc epiſtolam ab Athenis per Titum diaconum, & Oneſimum acolytum.

In epi-



## IN EPISTOLAM AD THESSALONICENSES .II. THEOPHYLACTI, PROLOGVS.

SEcundo ad Theſſalonicẽſes idcirco Paulus ſcribit, quia his iam antea p lr̃as ſignificaſſet, ſeſe ut eos reuiſeret ſummo ſtudio adniſuꝫ. Et q̃m minus eẽt uoti cõpos effect⁹, ferréq́ꝫ diutius has moras nequiret, Timotheũ miſiſſe affirmat, qui eius deſideriũ Theſſalonicã remigãdi, aperiret ac nuntiaret. Cũq́ꝫ haud quaq̃ ad id tp̃is ullã eſſet ad hos pficiſcẽdi nactus adhuc facultatẽ, ut quæ illis ad fidei ſummã deẽent abſolueret, ſcđam hãc primæ adiecit epiſtolã, & p literas ſupplet, q̃d eius pfectiõe facere libuiſſet. Quod aũt ſeſe ad eos nondũ cõtulerit, liquet ex eo. Nam in priori epiſtola cũ dñi aduentũ nil præfiniſſet, pinde ac ſcitu id minime neceſſariũ foret, in ſcđa hac de dñi aduentu pſcribit. De quo nil ſane in p̃ſenti ſcripſiſſet, ſi ad eos ſciret ſe pfecturũ. Per lr̃as itaq́ꝫ de aduentu hmõi, cuius eſſet apud hos orta iam quæſtio, meminit. Præſertim cũ eſſent nonnulli fidei uaſtatores, aſſerentes adueniſſe iam dñm. Quod́q́ꝫ & grauius erat, uel dicta quædã ex cõpoſito, tanq̃ à Paulo prodita pducebãt, proferebãtq́ꝫ & epiſtolas, ut ab eodẽ cõſcriptas. Quæ oĩa cõmentus eſt dæmon, ut Chr̃ianos diſiungeret, cũ unũ illud Chriſti cultores p̃cipue conſolaret̃, fore ut aliqñ reſurgerẽt, ſperãtes uirtutis mercedẽ ſe recepturos, & qui ſe oppreſſiſſent daturos pœnas. Submiſit itaq́ꝫ eius miniſtros diabolus, q palã docerent adeſſe iudiciũ, & Chr̃m ſcđo iam aduentaſſe, ut illud maxime ſuaderet, nec ulla eſſe uirtuti merita, nec fore ut quiſpiã iudicet̃, nec malos pro eoꝫ cõmiſſis luituros ſupplicia. Quæ om̃ia ideo ſuggerebat hic dæmon, ut ſanctoꝫ ſpem oẽm infringeret, & euãgelio aduerſantibus audaciã augeret. Arguat́q́ꝫ & Chr̃m mendacẽ, qui ſui aduẽtus ſigna quædã p̃dixerit, quæ minus ſint uiſa, cum adeſſe tam reſurrectiõis ſinẽ falſo aſſererẽt, unde apte dñs ut mẽdax arguebat̃. Quo circa epiſtolã hãc ſcribit apoſtolus, ediſſerit́q́ꝫ de Chr̃i aduẽtu. Cui cũ nullũ interea p̃finiat tp̃s, Antichr̃m tñ futuꝫ, indicio patefacit. Theſſalonicẽſes p̃terea malis magnũ in modũ iã maceratos, enixius cõſolat̃. Demũ & ſigna quædã illis demõſtrat, qbus proprias eius internoſcãt epiſtolas.

Ad Theſſalonicẽſes cur iterũ Paulus ſcribat

Reſurrectio futura.

CAP. I.

PAulus, & Syluanus, & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſiũ, in deo patre noſtro & dño Ieſu Chr̃o ⌋ Et in pirori itẽ epiſtola ita exorſus eſt. Quo fit, ut eadẽ in hoc primordio ſit æque in illius principio ſequenda interpretatio.

Gratia uobis & pax à deo patre nr̃o, & dño Ieſu Chr̃o. ⌋ Cum em̃ ſuã deus cuiq̃ grãm impartit̃, nil erit qđ moleſte hic ferat. Qñquidẽ facile diſſoluunt̃, q̃ illi obijciũt̃ aduerſa. Paul⁹ itaq́ꝫ nihil ignar⁹ q̃ dei gr̃a cũctis p̃ſtaret, uel hãc ipſam his cõprecat̃. Quæ utiq́ꝫ ut primũ his aderit, nullas ſentirẽt quæ inferunt̃ tentatões: ſed pace ſimul diuina accepta, in trãquillo agẽt, & immobiles pmanebũt. Cõmonefacit p̃terea eos diuinæ gratiæ, ut cum primũ preſſuræ inuaſerint: huiuſce gr̃æ recordati, qua ſalui ſunt facti, maxime cõſolent̃. Et ex p̃teritis, & maioribus beneficijs certiorem ſpem nacti, nihil in minoribus malis deſperent.

Gratias agere debemus ſemp deo pro uobis fratres, ita ut dignũ eſt. ⌋ Tria hic docet. Primũ ut ſiquid p nos optime geritur, gratias deo agamus, nec noſtræ uirtuti id adſcribamus, & illi acceſeamus rerũ oĩm ſummã, nec quoq̃ pacto ob rem bene geſtã, iſoleſcamus. Secũdo quemadmodũ nequaq̃ ſint luctu & lachrymis digna, quæ ipſi ppetiunt̃, ſed eiuſmodi, ut agi deo pro his gratiæ poſſint. Quocirca debere eos gaudio affici, nõ mœrore cõficere animũ, uel penitus deſperare. Tertio, q̃ alienis uirtutibus nequaq̃ ſit inuidendũ, ſed cõgratulandũ potius, & pro fratrum proſpectu deo dicẽdæ ſint gratiæ. Quo ſit, ut q ex alioꝫ uirtute afficiunt̃, deo procul dubio maledicãt. Ita ut dignũ eſt, eo intulit, ne cum gratias agimus, tanq̃ nouũ aliquid nos inducamus, & cæteris inſuetũ, ſuperbiamus. Faciamus nãq́ꝫ, quod fieri merito debet. V nde & rem ipſam debitum appellauit, cum dignum, dixit. V el quia & uerbis ſunt & operibus gratiæ ipſæ agendæ: ſic pro meritis agi iudicabuntur.

Quoniam ſupercreſcit fides ueſtra ⌋ Cum em̃ uos inuaſerit tentationum diluuium, nec aliquo uos intercluſerit, nec illis ſuccumbitis: nil certe aliud præferunt, q̃ ueſtra maxima incremẽta, & fidei ueſtræ ſublimitatem. Supercreſcit autem dixit, ex quadam ueteris cataclyſmi illius ſimilitudĩe, q nequaq̃ facile ſumma q́q́ꝫ faſtigia intercluſit & ſi illa operuit, ut primũ cępit decreſcere, hæc emerſere. Arguit etiã iſtoꝫ fidei magnitudinẽ, cũ ſupcreſcit, intulit.

Et abundat charitas uniuſcuiuſq́ꝫ ueſtrum in inuicem ⌋ Aduerte qualem ſe hæc habeat charitas. Neque enim hunc complexa, alium reſpuit: ſed æque in omnes diffunditur. Id enim deſignat, cum inquit: V niuſcuiuſq́ꝫ ueſtrum & in inuicem. Nam ſi cæteris reiectis in unum aliquẽ charitatem omnem, hanc contulerimus: haud quaquam charitas, ſed diſſidium diceretur. Nam ſi dei ob gratiam uniuerſi ſunt beneuolẽtia proſequendi, omnes pariter obſerua & cole. Si uero priuatim aliquem ipſe fueris charitate complexus: humana profecto erit, non diuina hæc charitas. Aduerte autem animorum coniunctionem, & mutuum beneuolentiæ nexum, ad propulſandas tentationes ualere plurimum.

Qui vnũ reiectis ceterꝭ amore pſequit̃, ſpreta charitate diſſidiũ ſectatur.

 Itaut

Itaut & noſipſi in uobis gloriemur in eccleſiis dei.⌋ In priori epiſtola dixerat, ita om̃es callere q̃ apud uoſipſos gerant, ut nequaq̃ neceſſe ſit de uobis aliq̃d loqui. Cur ergo nũc dicit, ꝓ his ſe in eccleſiis gloriari? Id ſane ex electis ipſis liq̃de patet. Nõ em̃ dixit, illos de uobis loquẽdo inſtruimus: ſed gloriamur in uobis, & ueſtrũ ꝓfectũ gloriæ ducimus. Si nos itaq; deo ꝓ uobis gr̃as agimus, & apud hoĩes tãtopere gloriamur: lõge magis uos oportebit aduerſis in rebus identidẽ factitare, & tentationibus nihil ſuccumbere.

Nõ ꝓbat̃ modico patiẽtia, ſed diuturna malorũ tolerantia

Pro patiẽtia ueſtra, & fide, & in oĩbus ꝑſecutionibus ueſtris, & tribulatiõibus q̃s ſuſtinetis.⌋ Oñdit hos q̃dẽ diu, ac multũ tẽtatõib⁹ fuiſſe afflictatos. Neq; em̃ biduo triduove patiẽtia demõſtrat̃, ſed diuturna malorũ tolerãtia. Illis etiã ineſſe patiẽtia iſta uidet̃, qui cum bona illa & ꝓmiſſa cœleſtia nondũ acceperint, ſuſtinẽt tñ opperiendo & patiunt̃. Nunc uero maiorẽ illã deſignat, quæ in ꝑſecutionibus & preſſuris arguit̃. Et his quippe, q̃bus cũ hoſtibus res erat implacabilib⁹, neceſſaria erat firmior tolerãtia, & in ipſis præcipue prædicatiõis primordijs. Pudeat ergo calamitoſos hos homines eorũ inconſtãtiæ: q̃ hominũ iuſſu & ꝑſuaſionibus, ac decreta quædã obliqua & peruerſa ſe transferunt.

In exemplũ iuſti iudicij dei, ut digni habeamini in regno dei.⌋ Vel ex his quæ dicta ſuperi⁹ ſunt, cõſolatus eſt eos, & ex eo præcipue q̃d dixit, gr̃as agimus, & gloriamur in uobis. Nũc uero id infert, q̃d dolẽs quiſq; & mœrore affectus cõquirit: ut preſſuras .ſ. & ipſe euadat, & illorũ depoſcat qui ſe oppreſſerint pœnas. Quod aũt (inquit) tale eſt. Aequo animo tolerate, q̃ uobis inferunt̃ angores, ut poſtmodũ dei iudiciũ pateat, q̃d ſane uos ob ueſtrã hanc tolerantiã cęleſti imperio dignos efficiet. Vos em̃. qui oppreſſi eſtis & cõculcati corona donabit: & cruciabit q̃ uos oppreſſere, aut uim inferũt. Sic deus, ſuã præ ſe iuſtitiã fert. Hos itaq; admodũ cõſolatur, cũ dicit nõ per gr̃am eos coronã hãc ꝓmereri, ſed iure: quia uiriliter tentatõib⁹ ipſis obſiſtũt, accepturoſq; in laborũ & ſudoris mercedem, cœleſte imperium.

Corona ex preſſuris.

Pro q̃ & patimini.⌋ Neq; em̃ (inquit) q̃ uos angũt, eo & dominant̃, quia uobis ꝑualeãt: ſed q̃a ꝑ tolerantiã dei regnũ parat̃: & neceſſe ſit ut hũc in modũ iſtiuſmodi cõmutatio fiat. Per multas em̃ (inq̃t) regnũ cœlorũ aditur anguſtias, & arta eſt uia, quæ ducit ad cœlum.

Lucæ.13 Acto.14 Matth 7

Si, cõditional' iterdũ affirmat

Si tñ iuſtũ eſt apud deũ retribuere his, q̃ uos tribulant, & uobis q̃ tribulamini, requiẽ.⌋ Si tñ. Conditionalis particula hæc nil affert ambiguũ: ſed roborat potius & affirmat, hoc eſt, q̃a iuſtũ ſit apud deũ. Nam ſi apud mortales haud parũ ualet iuſtitia, longe magis apud deum eſt ualitura, qui ut ſeruaret̃, inſtituit. Eſt autẽ hic dicendi modus in ſacris literis ſępius uſurpatus, ut illud: Si odit deus pc̃tõres, ſi curat deus mundana, quod perfide eſt dicere. Non odit deus qui peccant, & curæ non habet terrena. Nec ſecus debet, & hoc loco intelligi, ſi tñ iuſtũ eſt apud deũ, conſentaneũ eſt, ut iuſtũ eſſe & æquũ id afferat̃. Neq; em̃ ut tẽporaria hæc & breuia, q̃ hic uobis ingerunt mala, ſic illis cõtra ad breue qui inferent̃ à deo, futuri ſunt cruciatus, quin potius nec fine carebũt & uobis erit quies perpetua.

Optima conſolatio

Nobiſcũ in reuelatione dñi Ieſu de cœlo cũ angelis uirtutis eius.⌋ Ecce & alio quodãmodo horũ animos lenit. Siquidẽ tantarũ ſint hi palmarũ futuri participes, quas Paulus tãta uirtute & rebus optime geſtis ꝓmeritus ſit. Reuelationẽ aũt de eius dicit aduentu, ꝑ hunc item eos conſolans, ꝑinde ac ſi inquiat: Et ſi interea aduentus iſte uos lateat, nil tñ ꝓpterea uobis uerendũ, quin uẽturus ſit aliq̃ñ. Reuelabit̃ em̃ dñs Ieſus de cœlo, hoc ẽ, ex dei ſede, & angelis comitãtibus uirtutis eius, id eſt, potentibus q̃dem & ualidis. Cur ergo debetis diuexantibus uoſipſi ſuccũbere, cũ talẽ dñm habeamus, cuius miniſtri, uirtutis ſint & potentiæ angeli, & à q̃bus daturi ſunt qui uos opprimunt, pœnas, ne uſquam ſunt euaſuri?

In flamma ignis dantis uindictã his qui nõ nouerũt deũ, & qui nõ obediunt euãgelio dñi nr̃i Ieſu Chriſti.⌋ Superius dixit uos opprimẽtibus, nũc uero cunctis cõmuniter qui deũ ignorãt, prudenter illud affirmãs, futurũ omnino, ut hos uĩdicet deus. Nam & ſi id haud nr̃i de cauſa faceret, ſui tñ ipſius ob gr̃am, ſumpturus de hoſtibus ſuppliciũ eſt. Primũ aũt illud eo dixit, ut certiores hos faceret iſtiuſmodi om̃es, q̃s tolerãter adeo ferrent, pœnis eſſe & tormentis afficiendos. Quod uero ſubſequit̃, qui euãgelio minus obediũt, idcirco ſubiecit, ut hi maxime gaudeãt, quia in eorũ honore ſupplicia his allaturus ſit deus, q̃ ſe oppreſſerint. Nam ſi eos q̃ euãgelio nil obſequunt̃ punit & cruciat: longe magis q̃ alios interpellãt, ne euangelio pareãt, quales hi ſunt, q̃ uos in præſentiarũ diuexant. Vel in flamma ignis, uno cõtextu erit cũ, dantis uindictã, id ẽ, in gehenna cõtumaces excruciãtis. Vel reuelationi q̃d dixit Chriſti ſubſequit̃. Vel ea ſit reuelatio, id eſt, aduentus in flãma ignis futura, quẽadmodũ & Dauid ſic profitet̃. Ignis aũt eũ præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius, & Daniel: Fluuius ignis trahebatur, in flamma aũt ignis nõ illuminãtis, ſed urentis. Nam pc̃tõribus uredinẽ eſt allaturus nõ ſplendorẽ hic ignis. Iuſtis uero fulgorem & lucem, non ardorem aut incendium.

Pſal.96 Dani.vij

Cruciat⁹ infernales æternos fore, licet Origeniſtæ oppoſitum ſenſerint.

Qui pœnas dabunt in interitu æternas.⌋ Vbinã gentiũ Origeniſtæ nunc ſunt q̃ iſtiuſmodi cruciatibus, & finẽ fore fabulãtur & fingũt, q̃s Paulus ꝑpetuos aſſerit? Cur ergo ad tp̃s futuros cruciatus huiuſmodi delirando iactatis?

A facie



A facie dñi, & à gloria uirtutis eius.⌋ Hoc loco q̃ deo facile ſit cruciatus inferre, exponit. Neq; em̃ illi aliqua erit inferẽdis his difficultas: quippe cuius uel ſolo aſpectu, rebelles & contumaces cruciabunt̃. Qñquidẽ cũ diuina præſentia, his quidẽ ſplendorẽ eſt allatura, illis ſupplicia. Non em̃ ſimpliciter ille, ſed cũ gloria & uirtute eſt aduenturus: ita ut neq; huius gloria potentia careat, nec potentia ſit gloriæ expers, ſed tanq̃ potentiſſimus imperator aliquis ueniet.

Cum uenerit glorificari in ſanctis ſuis.⌋ Cũ em̃ qui dũ in humanis ageret, nihil ſe deo morigeros ꝓ̃ſtitere, ſed tumidi extitere & elati, eos cõſpiciabunt̃, q̃s flagris afflixerãt, ĩfinita gloria iã eſſe potitos: id ſane ĩ dei gloriã cedet, q̃ppe cũ cõmunis ſit his cũ deo futura hæc gloria. Quo circa, cũ ſanctos ille honoribus auget, ſeip̃m extollit. Nam ut fideles hic ꝓ diuitijs habet: ſic illud in eius gloriam eſt conceſſurũ, cum extent qui ſuis bonis ſint fruituri.

Et admirabilis fieri in oĩbus, q̃ crediderũt⌋ Hoc eſt, per oẽs credẽtes. Nam cũ miſeros, q̃ſq; & diuexatos, & ab om̃ibus affectos iniurijs, tanta claritate, & ſplendore dignabit̃ deus: tũc ſane eius uis om̃is diuina patebit. Vel aliter: Cum em̃ in mediũ hi producunt̃, & malis afficiuntur innumeris, ut à fide deſciſcãt, nec tñ uel excruciati deſciſcunt: tunc procul dubio cũ dei, tum uel horum gloria innoteſcit.

alias † magni faciet.

Quia creditũ eſt teſtimoniũ nr̃m ſuꝑ uos in die illo.⌋ † Magnificet em̃ deus illo die, hoc eſt ei⁹ aduẽtus, ꝙ teſtimoniũ nr̃m, hoc ẽ, ſermo, & p̃dicatio nr̃a, ſuꝑ uos creditũ ſit. i. ꝙ uos credidiſtis, & bonis illis dignos uos effeceritis, q̃ tũc fidelib⁹ donabunt̃. Recte ãt dixit, in illo die, tũc em̃ patebũt, q̃ uerã fuerint Chr̃i fidẽ adepti. Nã interea hãc fidẽ quã mĩme tenẽt, diſſimulãt multi. Vnde & illud optime dictũ: Diciq; btũs. Ante obitũ nemo ſupremaq; funera debet.

Ouidius

Matth.22 Matth.xxv

In q̃ etiã oramus ſemꝑ ꝓ uobis, ut dignet̃ uos uocatiõe ſua deus nr̃.⌋ Quicq̃d ergo aliq̃s dicet, nõne & hi erãt uocati? Ita q̃dẽ. Haud tñ de hac uocatõe nũc differit. Scd̃m hãc em̃ ſunt multi acciti, quin etiã & q̃ ſordidiori erat ueſte obtectus, & nuptijs nil cõgruente, uocatus eſt, & uirgines quinq;, nec tñ admiſſæ ſunt. Vocationẽ aũt, hoc loco dicit, quæ ſit opibus cõfirmata, quæ uera haud dubie uocatio eſt, ſicuti & uera dicitur fides, quæ re & actionibus nititur.

Sola illa vera fides dicẽda, q̃ re & actionibus nititur

Et impleat oẽm uoluntatẽ bonitatis ſuæ.⌋ Eã (inq̃t) dico uocationẽ, ut oĩs dei uolũtas, hoc eſt, q̃dcũq; illi placitũ eſt, impleat̃ in uobis, & om̃e bonũ ꝑficiatis, & uos ipſi ꝑ dei uolũtate ꝓ̃ſtetis, ita ut nil q̃dpiã deſit. His p̃terea dictis, & illorũ frenat (ſi qua forte in his reſediſſet) ſuꝑbiã, ne plurimũ collaudati efferãtur. Arguit nãq;, nondũ perfectionẽ hos attigiſſe.

Et opus fidei in uirtute.⌋ Perſecutionũ (inquit) tolerãtia ꝑfectiorẽ in uobis efficiet ſidem. Quo pacto? In uirtute q̃dẽ, hoc eſt, fortiores uos reddẽs, & in fide cõſtantiores. Patiẽtia nanq; opus eſt fidei. Quo fit, ut q̃ patiẽtia careat, neq; fidei opus aliquod præ ſe ferat.

Nõ eẽ ap⁹ illũ op⁹ fidei, q̃ patientia careat.

Vt clarificet̃ nomẽ dñi noſtri Ieſu Chr̃i in uobis, & uos in illo.⌋ Si hæc (inquit) quæ dixim⁹ per uos peragẽtur: uel in hac uita, dñi nomen in uobis gloriã aſſequetur. Cũ em̃ uos ꝓ̃ſpexerint homines pro neſtra in dñm charitate, tentatiões æquo animo ferre: quo pacto, nõ deo ſunt id ad gloriã adſcripturi? Qui adeo bonitate & mãſuetudine præſtet, ut ſui gratia uel ſerui oppetãt mortem. Et tãtæ uirtutis ſit, ut uos ad patientiã roboret, & uos in ipſo ſitis uidelicet ualidiores. Qñquidẽ tãtopere eſtis ĩ ſe fideles inuẽti, ut oĩa cõſtanter tuleritis. Cedit nãq; id ſeruis ad laudẽ cũ domino fidẽ ſeruarint. Vel aliter: Gloriæ futurũ eſt nobis, cũ pro Chr̃o maxime angimur, & malis plurimis afflictamur. Hæc nãq; nos faciunt clariores, qui cum quotidie morti offerimur, mortem tamen ſuperaſſe arguimur.

Scd̃m gr̃am dei, & dñi nr̃i Ieſu Chriſti.⌋ Vel ipſum deo (inquit) debet, non nobis adſcribi. Et illius gr̃a ſit, cũ ipſe, uel gloriã in nobis aſſequitur: q̃ppe q̃ ei nil anteponimus, cum oĩm ſit ille dulciſſimus. Et nos in illo laudẽ uendicemus, a quo uirtutẽ ad oĩa tolerãda accipimus.

CAP.II

Rogamus aũt uos fratres ꝑ aduentũ dñi noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ cõgregatiõis in ip̃m: ut nõ cito moueamini a ueſtro ſenſu.⌋ Quo tp̃e futura ſit reſurrectio, nil explicat. Edocet tñ nequaq̃ hãc in præſenti cõſtare. Erãt em̃ deceptores nonnulli, q̃ plane aſſererẽt, inſtare iam rerũ oĩm finẽ, adeſſeq; & Chriſti aduentum, unde nec mediocriter hos cõſolatur, cũ inquit, ad ipſum cõuenturos eſſe fideles, futuroſq; cũ eodẽ perpetuo, ſicuti & in priori epiſtola dixerat. Simul nãq; ut reſurrexerint, ad dñm ſubleuabũtur, qui digni ſunt. Quid ergo uos ipſi rogamus? Id. ſ. ut ſtabiles ſitis, & in fide cõſtantes, nihilq; a ſenſu dimoti, quo ad id temporis, rectiori uos ſtatu, & tenore uno ſeruaſtis.

Deceptores dicentes finẽ rerũ inſtare

1. Theſſa.4.

Neq; terreamini, neq; per ſpiritũ.⌋ Hoc eſt, per ꝓphetiã & uaticiniũ. Nonnulli nanq; prophetas ſe mentientes, populum illudebant, cum dñm adeſſe aſſererent.

Neq; per ſermonem.⌋ Hoc eſt, per doctrinam uiua uoce depromptam.

Neq; per epiſtolam tanq̃ per nos miſſam.⌋ Per epiſtolam uidelicet falſo cõpoſitã, quam a Paulo dicerent deſtinatã, † eorum dicta hi aſtruebant.

† quorum

Quaſi inſter dies domini.⌋ Hoc eſt, Chriſti aduentus.

Ne quis uos ſeducat ullo modo.⌋ Neq; ſub ꝓphetæ prætextu, neq; ſub diſciplinæ & inſtructionis occaſione, neq; meis ullis commentitijs literis uos circũueniat quiſpiam.

Quoniã

*Antichrm ipm & diſceſſionẽ, et pcti hoĩes, filiũ pditionis apte nuncupari*

Q m̃ niſi uenerit diſceſſio primũ,& reuelatus fuerit hõ peccati,filius ꝑditionis.⌋ Haud quaq̃ (inq̃t)adueniet dñs, niſi & diſceſſio ꝓdeat,hoc ẽ,Antichrus.Quẽ eo diſceſſionẽ appellat, q̃a re ipſa ita futuꝝ ſit,ut multos faciat à Chr̃o deſciſcere,uel electos ipſos ſi fieri põt.Inſup & pc̃ti ho minẽ eundẽ hũc dicit,p̃iñ ac futurꝰ ſit,ſceleꝝ oĩm patrator:ſeducturusq́ & alios ad peccandum Et perditiõisq́ filiũ nuncupat,ut qui & ꝑdendus ſit tandẽ. Quis igitur iſte? Num ſatan erit? Minime,ſed homo aliquis ab eo uim omnem ad mala peragenda deſumens.

*Antichriſtꝰ idola euertet*

Q ui aduerſatur,& extollitur ſupra omne quod dicitur deus,aut quod colitur. ⌋ Neq́ enim idololatriam inducturus eſt ille, quin potius deos ipſos,eorumq́ cultus ſublaturus eſt omnes,& idola ſubuerſurus,aſſerturusq́ deum ſe ſolum eſſe.

Ita ut in templo dei ſedeat.⌋ Non in Hieroſolymoꝝ dũtaxat templo, ſed in omnibus paſſim eccleſiis & dei templis conceſſurus eſt ille.

Oſtendens ſe tanq̃ ſit deus.⌋ Nõ em̃ dicẽs ſe deũ,dixit,ſed oñdens,hoc ẽ,ſed tentatuꝝ ſeſe deum aſſerere.Nam & opera ille ingentia & ſigna edet,ut omnes fallat.

Nõ retinetis,q̊d cũ adhuc eẽm apud uos,hæc dicebã uobis?⌋ Hinc ſane ꝑſpicuũ eſt, magna q̃dã his Paulũ uerbis dũtaxat ꝓtuliſſe myſteria. Aduerte aũt queẽadmodũ neceſſariũ erat,ut ſæpius eadẽ illa repeterent,& quaſi uerbis ipſis exhauriri,ut eoꝝ animis inhærerẽt. Ecce em̃ & ſi toties ab apoſtolo audiſſent,cõfirmãdi tñ adhuc & ſtabiliẽdi erãt. Nihil em̃(inq̃t)affero ꝑegrinũ uel nouũ,ſed q̊d ſꝑ p̃dixeram.Modeſtius tñ hos ipſos affat,& q̃ſi ad pudorẽ inducit,cum inquit Nõne retinetis,ꝑinde ac ſi dicat:Tã breui uobis memoria, q̃ paulo añ p̃dixerã, accidere.

E t nũc q̃d detineat,ſcitis ut reuelet in ſuo tp̃e.⌋ Qđ detineat,hoc ẽ,q̊d ꝓhibeat,& impedimẽto ſit.Quid aũt illud fuerit,nõnulli ſpũs grã̃ dicũt,q̃ prohiberet.Nõnulli Romanũ imperiũ

*Chryſoſtomꝰ.*

Cui ſentẽtiæ btũs Iohãnes Chryſoſtomꝰ aſſentit.Nã niſi Romanũ illud imperiũ euertat,nullam Antichriſtus habiturꝰ eſt uiã,ut queat pro eius cupiditate q̃ uelit ꝑficere. Eoq́ & Paulus rẽ hãc

*Nõ debet q̃s ſe periclis fruſtra obijcere*

adumbrate dixit,nec palã expreſſit.Nõ em̃ temere uolebat Romanoꝝ ſibi inimicitias uendicare,uel ſeſe periculis fruſtra obijcere.Nã ſi dixiſſet paulo poſt ſublatũ iri Romanũ imperiũ,mox eũ ut ſuæ reipublicæ interitũ minantẽ,uiuũ ſuffodiſſent in terrã:ꝑdidiſſentq́ & alios q̃ ſe ſectarẽtur fideles ut quibꝰ tãti dñatus euerſio lætitiã peperiſſet. Qđ aũt hoc loco de ſpũs ſancti gr̃a faciat mẽtionẽ,plane liq̃t.Primũ em̃,ſi de ſpũs gr̃a diſſeruiſſet,aptius cũcta,nil clã & optũ dixiſſet. Deinde ſi ſpũs dona uidiſſet his defuiſſe,ita ut res ipſa uideret exigere , ut ſeſe ad illos conferret, Oportuit utiq; ut añ id tp̃s ad eos ſe cõtuliſſet,ut q̃bꝰ ſpũs dona hęc defuiſſent. Aduerte aũt queẽadmodũ neq̃q̃ dicat id breui futuꝝ,ſed ſuo ut tp̃e reuelet,& tp̃s rurſum ĩcertiꝰ & ĩexplicatũ reli- (quit.

N am myſteriũ iam operat iniquitatis⌋ Per iniq̃tatis myſteriũ,Neronẽ deſignat,q̃ Antichr̃i figurã p̃ferret:q̃ñquidẽ & impurior eẽt,& deus dici,& haberi q̃rebat. Recte aũt myſteriũ dixit.Nõ em̃ Antichrus hic(inq̃t)Neronẽ ea in re imitabit:ſed oẽm deũ aperte & imprudẽter ĩpugnaturꝰ eſt.Qđ aũt dicit tale ẽ:Anteq̃ Antichr̃i tp̃s illud ĩmineat,ĩuẽtꝰ eſt alter haud ſane

*Cedẽdũ ẽ furori niſi fides vrgeat.*

multo malignitate illo ĩferior Quid ergo mirũ,ſi iã ꝓdijt antichr̃s? cũ uero ſi antichr̃m vr̃ exprimere,occulte tñ Neronẽ carpit,nec q̃a hũc reformidet,ſed nos ut erudiat,ut nimia odia refugia (mus,niſi fidei rõ urgeat.

T antũ ut q̃ tenet nũc teneat,donec de medio fiat,& tũc reuela- bit ille iniquus⌋ Hoc ẽ,cũ Romanũ imperiũ tollet e medio,tũc affuturus ẽ ille.Quãdiu uero huius formido tenuerit hoĩes,nemo ſe facile alteri cuiq̃ ſubiugabit.At ubi illud fuerit euerſum,inuaſurus hic alteꝝ dñatũ, & tanq̃ reꝝ potitus, humana ſimul ac diuina ꝑuertet Queẽadmodũ em̃

*Monarchiaꝝ viciſſitudo*
*Dan. ij. vij. viij*

añ Romanoꝝ ſummã oĩm monarchiã fuera aliena ſublata ĩperia,ſicuti Medoꝝ cõſtat a Babylonijs,Babylonioꝝ à Perſis,Perſaꝝ à Macedõibus,Macedonũ a Romanis fuiſſe delata.Sic & Romanũ hoc regnũ ab Antichr̃o tollet,& id q̃dẽ ita futuꝝ Daniel ipſe teſtificat.Nõnulli illud,q̃ tenet idololatriã .ſ. teneat intellexere,ꝑinde ac ſi dicat:Cũ em̃ error oĩs q̃ nũc tenet & dñat,eſt deſiturus,& deoꝝ cultus fuerit extinctus:tũc fides Antichr̃o habebit,queẽadmodũ & dñs dicit:Prę

*Matth. 24*

dicabit euãgeliũ in teſtimoniũ illis,& tũc ſane mũdi futura ẽ cõſummatio.Alij uero ita interp̃tati ſunt.Qui tenet.ſ.Antichr̃i aduentũ.Dicũt em̃ p̃finitũ tp̃s inſtabit,tũc reuelabit,& palã fiet.Dictũ eſt aũt ſupra,fuiſſe nõnullos,eũ qui teneat,ſanctũ.ſ.ſpm̃ interp̃tatos in hãc ꝑinde ac ſñiam dicat:Cũ em̃ ſpũs iſte ob neq̃tiã hoĩm tollet e medio abſceſſeritq́,tũc iniq̃or ille ſuccedet,& habiturus ẽ locũ,ſe uiſendũ ut p̃beat.Imperiũ ãt eo dicũt accepiſſe iniq̃tatis myſteriũ,q̃a Simõ ille &

*Nicolaus hereſiarcha*
*Chryſoſto. ſententiam p̃fert*

Nicolaus hæreſum principes,Antichr̃i opa factitarẽt,& cæteri oẽs hos ſubſequuti,ut Marcion ille Montanus,q̃ ſe & paraclytũ appellauit,& Magnes ille,& iſtiuſmodi reliqui. Tu uero cũ btõ Iohanne(ut diximus)ſentias uelim,qui ueriora ſectatus eſt.

*Simile*

Q uẽ dñs Ieſus ĩterficiet ſpũ oris ſui,& deſtruet illuſtratõe aduẽtus ſui⌋ Tãq̃ id dicat,in proximo ẽ vr̃a cõſolatio,deleturus ẽ em̃ hũc dñs.Nã queẽadmodũ ignis ſuo fragore ꝑua q̃dã & minuta animãtia torpere cogit & cõtrahit, cõſumitq́ uel añq̃ ea ꝑtingat,ſic & Chr̃us uel ſolo iuſſu & eiꝰ afflatu,ſpũs ſc̃ti uirtute oppleto, ꝑditurus ẽ illũ, uel ſola p̃ñtia & ſolo eius cõſpectu ſedabit (errorẽ.

E ũ cuius ẽ aduẽtus ſcđm opationẽ ſatanæ.⌋ Quis ille ſit nos edocet.Ait nanq;, hoĩem eſſe hunc quendã qui in ſe ſatanam habeat,cuius miniſterio mala hæc operetur

In omni



In omni uirtute & ſignis & prodigijs mendacibus.⌋ Hoc eſt, oĩbus ille uiribus,adniſurus ẽ, nil tñ q̊d ueꝝ ſit opabitur,ſed ad deceptionẽ oĩa molietur.Prodigijs autẽ mendacibus, hoc eſt, falſis,uel ad mendacia incentiuis qui illis intẽderint aĩm.Hæc aũt Paulus longe ante prędixit,ne fallantur qui tunc temporis ſunt futuri.

